

26

K. 00001533361

FoA. 100



P V B L I I

R. 124.032

TERENTI

A F R I C O M O E D I Æ

S E X.

EX M. ANTONII MURETI

exemplari accuratissime emen-
data.

*His accedunt varia, ac breues annotationes in margine
adscriptæ, quibus loci obscuriores diligentissime
explicantur.*

Ad hæc omnia libellus de Comœdia & Tragœdia Donato
Afro, Cornuto adscriptus, qui corruptissimus antea
legebatur, suæ integritati resti-
tuitur.



B A R C I N O N E.

Apud Hieronymum Margarit, Anno
M. DC. XXI.



VOLCATII SEDIGITI

DE COMICIS LATINIS

I A M B I.

MULTOS incertos certare hanc rem
vidimus,

Palnam Poëtæ comico cui deferant.

Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi:

Vt contrà si quis sentiat, nihil sentiat.

Cæcilio palmam statuo de comico.

Plautus secundus facilè exuperat ceteros:

Dein Næuius, qui feruet, pretio in tertio est:

Si quid quarto detur, dabitur Licinio.

Post insequi Licinium facio Attilium.

In sexto consequitur hos Terentius.

Turpilius septimum, Trabea octauum ob-
tinet.

Nono loco esse facilè facio Luscium.

Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

T Y P O :



T Y P O G R A P H V S

LECTORI S.

QUO animo fuerim semper in bonarum litterarum studiosos, amice lector, vel ex eo potest intelligi, quod in votis nihil prius habeam, quam quod ea cudantur opera meo quocunque latere & sumptu, quibus adolescentulorum ingenia iuari, eorumque studia longius prouehi possint. Etenim si ex hac communi omnium parente Academia, eiusque filiis non exigua toto vitæ meæ cursu commoda comparo, iniquum sanè, ne dicam impium, mihi videbatur, si non eodem quicquid est in me virium & facultatis refunderem, unde non omninò incerta viuendi spes iam eluceret. Hoc animo cum essem, amice lector, videramque multos ludimagistros iuuentuti credulae, rerumque imperitæ nugas potius, quam ameniores & politiores litteras proponere, ad quas tanquam ad saxa adhaerescerent: non potui me continere, quin ad Terentianarum fabularum editionem, pro viribus festinationem adhiberem. Nã si nihil commodius esse possit studijs adolescen-

zularum, qui ad superiores scientias aspirant,
quàm ut copiosam & bene cultam latine di-
ctionis suppellectilem sibi paratam habeant: per
magni referre existimaui, si Terentium præstā-
tissimum latinitatis autorem, & proprij sermo-
nis artificem insignem meis sumptibus excuden-
dum curarem. Hoc si quidem nominem futurū
spero, ut gratæ in parentem Academiam, pro
cuius dignitate veī vitam profundam, animi vo-
luntatis, tanquam testimonium aliquod extet.
In quo quid diligentia, & opera doctissimorum
virorum, quibus est hoc onus à Reuerendo D.
Vic. Generali permissum ac demandatū simus
consequitur: tuum potius iudicium esse volo, quā
meum. Conati enim sunt, tibi hunc librum, qui
pene innumeris antea scatebat mendis, omni ex
parte suæ integritati restitutum dare, quantaq.
licuit fide, & religione in lucem emittere. Quem
si multò quàm antea castigatiorem tibi ludima-
gistri, non sine magna voluptate & fructu
prælegerint gratissimum me tibi fo-
re existimabo.



TE-



TERENTII VITA EX
ÆLIO DONATO.



Rublius Terentius Afer, Carthagine natus, seruiuit Romę Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingeniũ, & formam non institutus modo liberaliter, sed & mature est manumissus. Quidam captũ esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet: cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos, & Afros, nisi post delatam Carthaginẽ cæpto. Hic cũ multis nobilibus familiariter vixit, sed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Quod & ipsum Fenestella arguit, contendens vtroque maiorem natu fuisse: quamuis & Cornelius nepos equales omnes fuisse tradat, & Portius suspicionẽ de consuetudine per hæc faciat.

*Dum lasciuiam nobilium, & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci diuinę inhiat avidis auribus,
Dum ad Furium se cęnitare & Lælium pulchrũ putat,
Dum se amari ab hisca credit, crebrò in Albanũ rapi
Ob florem etatis suę: ipsius, sublatis rebus, ad summã
Inopiam redactus est.*

TERENTII VITA

Itaq. è conspectu omnium abiit in Græciam in terram vltimam:

Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ oppido: nihil Publius

Scipio profuit, nihil Lælius, nihil Furius.

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè:

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,

Saltem vt esset, quo referret obitum domini seruulus.

* Cecilio.

Scripsit comedias sex, ex quibus primã Andriã cum ædilibus daret, iussus ante Cerio recitare: ad cenãtem cum venisset, dictus est initiũ qui

dẽ fabulæ, quod erat cõtẽptiore vestitu, sub selio iuxta lectulũ residẽs, legisse: post paucos ve-

rò versus inuitatus vt accũberet, cœnasse vnã:

* Ceciliij.

deinde cetera per currisse, non sine magna Cerij admiratione, & hanc autem & quinque reliquas equaliter populo probauit. Quauis Vol-

catus de enumeratione ita scribat:

Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem his acta est, meruitq. pretiũ quãtũ nulla alia cuiusquã comœdia, videlicet

oãto millia nummũ. Propterea summo quoq. titulo adscribitur. Nã Adelphorũ principiũ

Varro etiam præfert principio Menãdri. Nõ

obscura fama est adiutum Terentium inscrip-

tis à Lælio, & Scipione, quibuscum familiari-

ter vixit. Eãdẽ ipse auxit; nũquã enim nisi leui-

Oãto H-3, ducentorũ coronatorum pretiũ est.

Prælatas.

Menandro.

Terentius.

EX DONATO.

ter se tutari conatur, vr in prologo Adelphorū.
*Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
 Hunc adiutare, assidueque vnà scribere:*

*Quod illi maledictum uehemens existimant,
 Eam laudem hic ducit maximam: cū illis placet.*

Qui vobis vniuersis, & populo placent:

Quorum opera in bello, in otio, in negotio.

Suo quisque tempore vsus sine superbia.

Videtur autē se leuius defēdisse, qui sciebat Læ-
 lio & Scipioni nō ingratā esse hāc opinionē: quę
 tamē magis & vsq. ad posteriora tēporavaluit.

Q. Mēmius in oratione pro se ait, Publius Afrī-
 canus, qui a Terētio personā mutuatus, quę do-
 mi luserat ipse, nomine illius, in scenā detulit.

Nepos auctore certo cōperisse se ait, C. Læliū
 quōdā in Puteolano Calēdis Martijs admonitū
 ab vxore, tēporiūs vt discūberet, petijisse ab ea
 ne interpellaretur: seruis tandē ingressū tricli-
 niū dixisse, nō sæpe in scribēdo magis successis-
 se sibi: deinde rogatū vt scripta illa proferret,
 pronūtiasse versus qui sūt in *Ἐο, ὑποτιμαζομένω.*

Satis pol proteruē me Syri promissa huc induxerunt.

Sātra Terentiū existimat, si modo in scribēdo
 adiutoribus indiguerit, nō tā Scipione & Lælio
 vti potuisse, qui tūc adolescētuli fuēre, quā Sul-
 pitio Gallo homine docto, & qui cōsularibus lu-
 dis initiū fecerit fabularū dādarū: vel Q. Fabio
 Labione, & M. Popilio, cōsulari vtroq. ac poēta.

Ideo ipsū nō iuuenes designasse, qui se adiunasse
 dicerētur, sed viros quorū operā in bello, & in

TERENTII VITA,

otio, & in negotio, populus sit expertus. Post editas comedias nō dū quintū atq. trigessimū egressus annū, causa euitādæ opinionis, qua vi debatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorū instituta, moresq. quosperinde exprimeret in scriptis, egressus urbem est, neque amplius redijt. De morte eius Volcatius tradit.

Sed ut Afer sex populo edidit comedias.

Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel

Conscendit, visus nunquam est: sic vita vacat.

Terentij
mors.

Quintus Consetius redeuntē è Græcia perijisse in mari dicit, cum centū & octo fabulis conuersis à Menandro. Ceterum mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo, siue Leucadia tradūt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicitū acri dolore ac tædio amissarum satyrarum, quas in naui premiserat, ac simul fabularū, quas nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiā, quæ Equiti Romano nupsit. Item hortulos xx. iugerum, in via Appia ad Martis villam. Quo magis miror Porcium

* nil.

scribere:

* nihil Publius.

Facilimè agentes appellat diuites ac potētes.

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,

Tres per idē tempus qui agitabāt nobiles facillimè

Eorū ille opera ne domū quidē habuit cōductitiā

Saltē ut esset, quo referret obitū domini seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, scribens in Compitalibus.

Terentio non similem dices quempiam.

Vulca-

EX DONATO.

Vulcatius autem non solum Nevio, & Plauto,
& Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Ci-
cero in Limone hætenus laudat:

*Tu quoque qui solus lecto sermone Terenti
Conuersum, expressumque Latina voce Menandrum.
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid comæ loquens ac omnia dulcia dicens.*

Item C. Cesari:

*Tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito puri sermonis amator.
Lentibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis: neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi desse Terenti.*

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Teren-
tios poëtas fuisse scribit Metius: quorum alter
Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter Li-
bertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc
loquimur, Scipionis fabulas edidisse Terentiū,
Valgius in Actæone ait.

Hæc que vocantur fabula, cuius sunt?

Non has qui iure populus recensentibus

Dabat summo honore affectus fecit fabulas?

Quæ ab Appollodoro translatae esse dicuntur
comico, Phormio & Hæcyra: quatuor reliquæ
à Menandro, ex quibus magno successu &
pretio stetit Eunuchus fabula. Hæ-
cyra sæpe exclusa, vix
acta est.

DE TRAGICOMŒDIA, ET
COMŒDIA.

Hos vide-
tur.

Cornuti
aut Asperi.
Tragœdia
unde,



Initium tragœdiæ, & comœdiæ à rebus
diuinis est inchoatû: quibus pro fructi-
bus vota soluētes, operabātur antiqui.
Nā incensis iam altaribus, & admoto hirco, id
genus carminis, quod sacer chorus reddebat
Libero patri Tragœdia dicebatur: vel *ἀπὸ τοῦ
τραγοῦ*, hoc est, ab hirco hoste vinearum, & à
cantilena, eius ipsius rei apud Virgil. planè fit
mentio, vel quòd hirco donabatur eius carmi-
nis poëta, vel quòd vter eius musti plenus so-
lemne præmium cantoribus fuerat: vel quòd
ora sua fæcibus perlinebant scenici, ante vsum
personarum ab Aeschilo repertum: fæces enim
dicuntur Græce *τρύγες*. Et his quidem causis
tragœdię nomen est inuentû. At vero nondû
coactis in urbem Atheniensibus, cùm Appolli-
ni Nomio, id est, pastorum vicinorumque præ-
sidi deo, cōstructis aris in honorem diuinæ rei
circum Atticę vicos, villas, pagos, & compita,
festum carmen solemniter cantarent, orta est
Comœdia, *ἀπὸ τοῦ κομᾶσαι, κωμᾶσαι*, quod est
commessatum ire cantantes, quod a poëtis so-
lenni die, vel amatorie lasciuiantibus choris
comicis non absurdum est. Itaque vt rerum,
ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine,
tragœdia primò prolata esse cognoscitur. Nā

Comœdia.

EX DONATO.

ut ab incultis & feris moribus paulatim per-
 uentum est ad mansuetudinem, vrbes quæ sũc
 cõditæ, & vita mitior, atque otiosior processit:
 ita res tragicę longè ante comicas inuentæ.
 Quamuis autem retrò prisca voluentibus repe-
 riatur Thespis tragœdię primus inuentor, &
 comœdię veteris pater Eupolis, cum Cratino
 Aristophaneq. esse dicatur: Homerus tamẽ qui
 ferè omnes poëtice largissimus fons est, etiã
 his carminibus exempla præbuit, & velut qua-
 dam suorum operum lege, præscripsit: qui Ili-
 dem instar tragœdiæ, Odyssæam ad imaginem
 comœdiæ fecisse monstratur. Nam post illius
 tale tantumque documentum, ab ingeniosis-
 simis imitatoribus, & digesta sunt in ordinem,
 & diuisa sunt, ea quæ etiam tum temerè scri-
 bebantur adhuc impolita, atque in ipsis ru-
 dimentis haud quaquam, vt postea facta sunt
 decora atque leuia. At nos ea, quæ propriè de
 tragœdia dicenda sunt, titulo propositi operis
 instãtes, in alia tẽpora differamus, & de his fa-
 bulis iã loquamur, quas Terẽtius imitatus est.
 Postquã demõstrãdæ originis causa de vtriusq.
 generis initio diximus: quod necesse est iã di-
 cemus. Comœdia ferè vetus, vt ipsa quoq. o-
 lim tragœdia, simplex carmẽ (quemadmodũ iã
 diximus) fuit, quod chorus circa aras fumãtes,
 nunc spaciatus, nunc reuoluẽs gyros cũ tibi-
 cine cõcinnebat. Sed primò vna persona subdu-
 cta est cãtoribus, quę respõdēs alternis choro,

Tragediæ
 ac comœ-
 dię inuen-
 tores,

Vetus co-
 mœdia

TERENTII VITA;

locupletavit variauitq. rē musicā: tū tertia, & ad postremū crescente numero, per actores diuersos, personæ, pallæ, cothurni, focci, & ceteri ornatus, atq. insignia scenicorū reperta, & ad hoc vnicuiq. suus habitus, & ad vltimū qui primarū partiū qui secundarum, & tertiārum, qui quartarū & quintarū actores essēt, distributa, & diuisa quinq. partitō tota est fabula: quæ tamē in ipsis ortus sui velut quibusdā incunabulis, & vix dū incipiēs *κωμωδία*, dicta est *ἀρχαία*, idcirco, quia nobis parum cognitis initijs nata est: aut quia inest in ea velut historica fides veræ narrationis, & denominatio omnium de quibus libere describebatur. Etenim per priscos poëtas nō vt nunc, penitus ficta argumēta, sed res gestæ a ciuibus, palā cum eorū sæpe qui gesserant nomine decātabantur. Ideo ipsa suo tēpore moribus multum profuit ciuitatis: cum vnusquisq. caueret culpa, ne spectaculo ceteris esset, & domestico probro. Sed cū poëtæ abutilicētiūs stylo, & passim lædere ex libidine cœpissēt plures bonos ne quisquā in alterum carmē infame proponeret, lata lege sãxerunt. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est Satyra sumpsit exordium: quæ à Satyris, quos illos sēper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est: etsi aliunde nomen traxisse prauē putant alij. Hæc quæ fatyra dicitur, eiusmodi fuit, vt in ea quāuis duro, & veluti agresti modo de vitijs ciuiū, tamē sine vllō propriij nominis titulo

atyre ori
o.

lo carmē esset. Quod itē genus comœdiæ mul-
tis obfuit poëtis, cum in fuspitionem potenti-
bus ciuibus, venissent illorum facta descrip-
se in peius, ac deformasse genus stylocarminis:
quod primò Lucilius nouo cōscripsit modo, vt
poësim inde faceret, id est, vnus carminis plu-
res libros. Hoc igitur, quo supra diximus mo-
do, coacti omittere Satyrā, aliud genus carmi-
nis *τὴν νέαν κωμωδίαν*, hoc est, nouam comœdiā
repetere poëtæ, quæ argumēto cōmuni magis,
& generaliter ad omnes homines, qui medio-
cribus fortunis agūt, pertineret & minus ama-
ritudinis spectatoribus, & eadem opera multū
delectationis afferret, cōcino argumento, cō-
suetudine cōgrua, vtilis sētētij, grata salibus,
apta metro. Vt igitur vberiores illæ suis quæq;
celebrantur auctoribus, ita hæc *ἡ παλαιὰ κωμωδία*,
cū multorū antea, tum præcipuè Menādri, Te-
rētijq; est, de qua cū multa dicēda sint, sat erit:
tamē veluti admonēdi lectoris causa, quid de
arte comica veterū chartis continētur, expo-
nere. Comœdia vetus, vt ab initio chorus fuit,
paulatimq; personarum numero in quinque
actus processit: ita paulatim velut attrito atq;
extenuato choro ad nouam comœdiā sic per-
uenit, vt in eā nō modo nō inducatur chorus,
sed ne locus quidē vllus iam relinquatur cho-
ro. Nā postquā otioso tēpore fastidiosior spe-
ctator effectus, tūc cū ad cātōres ab actoribus
fabula transibat, confurgeret & abire cepisset,
ad

Noua comœdia,

Comœdia
vetus.

DE COMOED. ET TRAG.

admonuit poëtas primò quidem choros præ-
 termittere, locû eis relinquentes, vt Menâder
 fecit, hac de causa, nō, vt alij existimant, alia.
 Postremò ne locum quidem relinquerēt, quod
 Latini fecerūt comici: vnde apud illos dirime-
 re actus quinq. partitos difficile est. Tum etiã
 Græci prologos nō habēt more nostrorū, quos
 Latini habent. Deinde *θεοῖς ὄρω δὲ μηχανῆς*, id est,
 deos argumētis narrādis machinatos, ceteri La-
 tini instar Græcorum habēt. Terētius non ha-
 bet, Ad hæc, *προσέτινα πρόσωπα* id est, perso-
 nas extra argumētum accersitas, nō facile cete-
 ri habent: quibus Terētius sæpe vtitur, vt per
 harum inductiones facilè pateat argumētum.
 Veteres, etsi quoq. in metris negligentius vsi
 sunt iâbico versu, duntaxat in secundo, & quar-
 to loco: tamen à Terentio vincuntur resolutio-
 ne huius metri, quātum potest, comminuti ad
 imaginem profæ orationis. Tum personarum
 leges circa habitum, ætatem, officium, partes
 agendi, nemo diligentius Terentio custodi-
 uit. Quin etiam solus ausus est, cū in fictis ar-
 gumentis fidem veritatis assequeretur, etiam
 contra præscripta comica, meretrices inter-
 dum non malas introducere, quibus tamē cur-
 bonæ sint, & voluptas per ipsum, & causa non
 desit. Hæc cū artificiosissima Terentius fe-
 cerit, tum illud est admirandum, quòd & mo-
 rem retinuit, vt comœdiam scriberet: & tem-
 perauit affectum, ne in tragoœdiam transiliret:
 quòd

EX DONATO.

quòd cum alijs rebus minimè obtentum, & à Plauto, & ab Afranio, & Accio, & multis ferè magnis comicis inuenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulæ eo sunt temperamento, vt neque extumescant ad tragicam celsitudinem, neque abijciantur ad historicam. Adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur, aut quod ab historicis requirendum sit: quod sæpius Plautus facit, & eò est obscurior in pluribus locis. Adde, quòd argumenti ac styli ita attentè memor est, vt nusquam nõ cauerit, aut curauerit, quæ obesse potuerunt: tum quòd media primis atque postremis ita nexuit, vt nihil additum alteri, sed aptum ex se totum, & vno corpore videatur esse compositum. Illud quoq. mirabile in eo: primò, quòd non ita miscet personas quatuor, vt obscura sit earum distinctio. Est itè quòd nihil ad populum facit actorem velut ex tragœdia loqui: quod vitium Plauti frequentissimū est. Illud etiã inter ceteras eius laudes dignū videtur, quòd locupletiora argumēta ex duplicibus negotijs delegerit ad scribēdum. Nã excepta Hecyra, in qua scribit Pamphili amorē, cæteræ quinq. binos adolescētulos habent. Illud verò tenendum est, post *νέαι κωμωδία*, Fabularum
Latinos multa fabularum genera protulisse: vt varia gene-
Togatas, à scenicis, atque argumentis Latinis: ra.
Prætextatas, ab indignitate personarum & La-
tina historia, Attellanas, à ciuitate Campaniæ,
vbi

TERENTII VITA,

vbi actitata sunt plurimę, Rhyntonicas, ab actoris nomine: Tabernarias, ab humilitate argumenti & styli: Mimos, ab diuturna imitatione vilium rerum & leuium personarum. Inter tragœdiam autem & comœdiam cum multa, tum imprimis hoc distat, quòd in comœdia mediocres fortunę hominum, parui impetus, periculaq; , lætiquæ sunt exitus actionum. At in tragœdia omnia contraria, ingentes personæ, magni timores, exitus funesti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla vltima. In tragœdia contrario ordine res aguntur, tũ quòd in tragœdia fugienda vita, in comœdia capessenda exprimitur. Postremò quòd omnis comœdia de fictis est argumentis: tragœdia sæpè de historica fide petitur. Latinæ fabulæ primò à Liuiio Andronico scriptę sunt, ad cunctas res, cùm etiam tum recentius idem & poëta & actor fabularum suarum fuisset. Comœdiæ aut motorix sunt, aut statariæ, aut mixtæ. Motorix, turbulenti: statarię, quietiores: mixtæ, ex vtroque actu consistentes. Comœdia per quatuor partes diuiditur, prologũ, protasis, epitasis, catastrophen. Prologus, est veluti præfatio quædam fabulę, in quo solo licet per argumentum aliquid ad populum vel ex poëte, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris commo- do loqui. Protasis, primus est actus, initiumq; dramatis. Epitasis, incrementum processusque turbarum, ac totius, vt ita dixerim, motus er-

Latinæ fabulæ actor.

Partes comœdiæ.

foris.

EX DONATO

roris. Catastrophe, cōuersio rerum est ad iucūdos exitus patefacta cunctis cognitione gestorum. Comœdia est fabula, diuersa instituta cōtinens, affectuumq; ciuiliū ac priuatarum rerum, qua dicitur, quid sit in vita vtile, quid cōtrā euitādum. Hanc Græci sic definiēre: κωμὸν δὲ ἔστιν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκρίβειαν περιοχῆ. Comœdiā esse, Cicero ait, imitationem vitæ, speculum cōsuetudinis, imaginē veritatis. Comœdiæ autem à more antiquo dictæ, quia in vicis huiusmodi carmina initio agebantur apud Græcos, vt in Italia compitalitijs ludicris, admisto pronūtiationis modulo, quo dum actus cōmutantur, populus detinebatur, aut ἄπο τῶν κωμῶν hoc est, ab actu vitæ hominum, quia in vicis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regijs, vt sunt personæ tragicæ. Comœdia verò, quia poëma sub imitatione vitæ atque similitudine cōpositum est, in gestu, & pronunciatione consistit.

Comœdiæ
diffinitio

Comœdiam apud Græcos dubium est quis inuenerit primus: apud Latinos certum est, & comœdiam togatam, & tragœdiam primò Liuium Andronicum reperisse: qui ait, Comœdiam esse quotidianæ vitæ speculum. Nec iniuria. Nā vt intenti speculo, veritatis lineamenta facilè per imagines colligimus: ita lectione comœdiæ, imitationem vitæ consuetudinisq; non ægerrimè animaduertimus. Huius autem originis ratio, ab exteris ciuitatibus moribus

Ex alio rōn
sus cōgesta

DE COMOED. ET TRAG.

Origo co-
mœdiæ, que prouenit. Athenienses namque Atticâ cu-
stodientes stodientes elegantiam, cum uellent malè vi-
uētes uētes notare, in vicos & compita ex omnibus
locis locis læti alacresq; ueniebant, ibique cum no-
minibus minibus singulorum vitam publicabant: vnde
nomen nomen compositum, ut comœdia vocaretur.
Hæc Hæc autem carmina primitus in pratis molli-
bus bus agebantur: nec deerant præmia, quibus
adscribendum adscribendum doctorum prouocarentur inge-
nia. nia. Sed actoribus munera offerebantur, quod
libentius libentius incūdo uocis flexu ad dulcedinē cō-
mendationis mendationis uterentur. Capernamq; pro do-
no no his dabatur, quia vitibus noxium animal
habebatur, habebatur, à quo etiā Tragediæ nomē exor-
tū tū est. Nonnulli autē ex amurca olei fæce, que
unde dicta unde dicta est humor aquatilis, tragediam dici, vocariq;
maluerūt, maluerūt, qui ludi cum per artifices in hono-
rem rem Liberi patris agerentur, etiā ipsi comœ-
diarū, diarū, tragediarumq; scriptores huius dei ve-
lut lut præfens numen colere, venerariq; cœpe-
rūt. rūt. Cuius rei probabilis ratio extitit: ita e-
nim nim carmina inchoata proferebantur, ut per
ea ea laudes eius & facta gloriosa celebrari, pro-
ferriq; ferriq; constaret: tum paulatim fama huius ar-
tis tis increbuit. Thespis autem primus hæc scri-
pta pta in omnium notitiam protulit. Postea Aes-
chylus chylus secutus exemplum publicauit: de qui-
bus bus ita Horatius in Arte Poëtica loquitur:

Ignotum tragica genus inuenisse Camenæ

Dicitur, & plaustris uexisse poemata Thespis.

Quæ

EX DONATO.

*Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.
 Post hunc personæ, pallæq; reperior honestæ
 Aeschylus, & modicis instravit pulpita tignis;
 Et docuit, magnamq; loqui, nitiq; cothurno.
 Successit vetus his comœdia, non sine multa
 Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
 Dignam lege regi lex est accepta, chorusq;
 Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.
 Nil intentatum nostri liquere poëtæ:
 Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
 Ausi deserere, & celebrare domestica facta.
 Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.*

F A B V L A, generale nomen est. Eius duæ Fabulæ
 primæ partes sūt trægœdia & comœdia. Si La
 tina argumentatio sit, prætextata dicitur. Co
 mœdia autem multas species habet: aut enim Species cœ
 mœdiæ,
 Palliata est, aut Togata, aut Tabernaria, aut At
 tellana, aut Mimus, aut Rhyntonica, aut Plan
 pedia. Planipedia autem dicta ob humilitatē
 argumenti eius, ac utilitatem actorū, qui non
 cothurno, aut focco vtuntur in scena, aut pul
 pito, sed plano pede: vel ideo, quod non ea ne
 gotia cōtinet quæ personarum in turribus aut
 cœnaculis habitantium sūt, sed in plano & hu
 mili loco. Personati primi egisse dicuntur co
 mœdiam Cincias, & Faliscus: tragœdiam Mi
 nutius & Prothonius. Omnium autem comœ
 diarum scripta ex quatuor rebus omninò su
 muntur: nomine, loco, facto, euentu. Nominē,
 vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus: Lo
 Personati
 primi.

DE COMOED. ET TRAG.

co, vt Andria. Leucadia, Brundufina. Facto vt Eunuchus, Afinaria, Captiui: Euentu, vt Com morientes, Adelphi, Heautontimorumenos.

Formę Co
mœdiarũ.

Comœdiarum formę sunt tres. Palliatę Grę cum habitum referentes, quas nonnulli Ta- bernarias vocant. Togatę, iuxta formam per sonarum, habitum togarum desiderantes: At- tellanę, falibus, & iocis compositę, quę in se

Partes co-
mœdię.

non habent nisi vetustam elegantiam. Comœ- dia autem diuiditur in quatuor partes, pro- logum, protasin, epitasin, catastrophem. Prolo- gus est prima dictio, à Gręcis dicta πρόλογος

Prologus,
& eius spe-
cies.

id est, antecedens veram fabulę compositio- nem elocutio. Eius species quatuor sunt συγκατὰς cōmendatitijs, quę fabula vel poë- ta commendatur: ἀναφορικὸς relatiuus, quo aut aduersario maledicta, aut gratię populo refe- rūtur, ὑποθετικὸς, argumētatiuus, fabulę argu- mentum exponēs, μίλιος, mistus, omnia hæc in se cōtinens. Inter prologum, & Prologium qui- dā hoc interesse voluerunt, quia prologus est, vbi poëta excusatur, aut fabula cōmendatur: Prologium autem est, cū tantūm de argumē- to dicitur. Protasis est primus actus fabulę, quo pars argumēti explicatur, pars retinetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis inuolutio argumenti, cuius elegantia cōnecti- tur. Catastrophe, explicatio fabulę, per quam euētus eius approbatur. In plerisq. fabulis ip- sarum nomina priora ponebantur, quam poë- tarum,

Prologus.
Prologium

Protasis,

Epitasis,

Catastro-
phe,

EX DONATO.

tarum, in nonnullis poetarum quam fabularum, cuius moris diuersitatem antiquitas probat. Nam plurimum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronuntiabantur antequam poetarum pronuntiareretur, nec aliqua inuidia a scribendo deterreri possent. Cum autem per editionem multarum poetarum iactantia aequifera rursus priora poetarum nomina proferebantur, ut per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur. Actas diuersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorum quatuor sunt species quos curules aediles munere publico curant. Megalenses, magnis dijs consecrati, quos Graeci, *μεγαλεσιους* appellant. Funebres, ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricij viri plenè instruitur. Plebei, qui pro salute plebis luduntur. Appollinares, Appollini consecrati. In scena duae aere poni solebant: dextra Liberi, sinistra eius dei, cui ludi fiebant: vnde Terentius in Andria ait.

*Ex ara hinc sume verbenas. **

Hinc Ulyssem palliatum sepe inducunt, siue quod aliquando insaniam simulauit, quod tempore tetum se esse voluit, ne agnitus cogere in bella prodire: seu ob singularè sapientiam, qua tetus munitusque plurimum socijs profuit. Huius enim virtutis erat, animi sepe decipientis ingenium. Nonnulli Itaque incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant Achilles siue Neoptolemi personae diademata habet, quanuis re-

Ludorum
species qua-
tuor.

* Multa de
sunt.
Ulysses cum
palliatum.

DE COMOED. ET TRAG.

galia scepta nunquã tenuerint: cuius argumen-
 ti probatio talis inducitur: quòd nunquam cū
 reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cū Tro-
 ianis bella sacramenta coniurationis inierunt,
 nec vnquam sub Agamenonis imperio fuerūt.
 Comicis senibus candidus vestitus indicitur,
 quòd is antiquissimè ~~scilicet~~ ~~mutatur~~ ~~ad~~
 lescentulis discolor attribuitur. Serui comici
 amictu exiguo conteguntur, paupertatis anti-
 quæ gratia, vel quo expeditiores agant. Parasi-
 ti cum in tortis pallijs veniunt. Læto vestitus
 candidus, ærumnoso obsoletus, purpureus di-
 uiti, pauperi Phænicus datur, militi chlamys
 purpurea puellæ habitus peregrinus induci-
 tur, leno pallio varij coloris vtitur, meretrici
 ob auaritiam luteum datur. Syrmata dicta sūt
 ab eo, quòd trahantur: quæ res obscenicam lu-
 xuriã instituta est. Eadē in luctuosis personis
 in curiam sui per negligentiam significant. Au-
 lea quoque in scena in terra sternuntur, qui pi-
 ctus ornatus erat ex Attalica regia Romam
 vsque perlatus, pro quibus si paria ætas poste-
 rior accepit. Est autem minutum velum, quod
 populo obsistit, dum fabularum actus commu-
 tantur. Diuerbia histriones pronūtiabant. Cā-
 tica verò temperabantur modis, non à poëta,
 sed à perito artis musicę factis. Neque enim
 omnia ijsdem modis in vno cantico tegeban-
 tur, sed sæpe mutatis, vt significāt, qui tres nu-
 meros in comœdijs ponunt, qui tres continēt

mutatos

Syrmata,

Siparia,

Diuerbia,

EX DONATO.

mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris, & actoris superponebant. Huiusmodi ad eò carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo antè discerent, quam fabulam acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronuntiaretur. Agebatur autem tibijs paribus, aut imparibus, & dextris aut sinistris. Dextræ autem tibiæ sua gravitate seriam comœdiæ distinctionem pronuntiabant. Sinistræ, & Serranæ acuminis leuitate, iocum in comœdia offendebant. Vbi autem dextra, & sinistra acta fabula inscribebatur, mistum ioci & gravitates denunciabantur.

Tibiarum
species,

¶

ÆLII DONATI IN ANDRIAM TERENTII PRÆFATIO.



QUOM OEDIA Andria cùm palliata sit: de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & nunc ab ipso Terentio, qui cum de Chryside loqueretur, sic ait: Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. Et hoc commune vocabulum est in Græca maiori ex parte motoria est, continetq. actus amatorum adolescentium, & patrum piorum. Sūt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, adolescentuli liberales. In hac primæ partes senis Simonis sunt, secunde Davi, tertiæ Chremetis, &

AELII DONATI.

deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur, sed tamen id subtiliter fit, vt omnia lacefsitus facere videatur, ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe penè tragica: & tamen repète ex his turbis in tranquillum peruenit. Hęc prima acta est ludis Megalensibus. M. Fulvio ædile, & M. Glabrione, Q. Minutio Valerio curulibus. Egerūt L. Attilius, Latinus Prænestinus, & L. Ambuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus, dextris, & sinistris. Et est tota Græca edita M. Marcello, & Cn. Sulpitio COSS. pronuntiataq. est Andria Terentij, ob incognitum adhuc nomen poëtæ, & minoris apud populum auctoritatis ac meriti. Diuerbijs, & canticis lepide distincta est: & successu spectata prospero hortamento poëtæ fuit ad alias conscribendas. Initium autem *πρόσῳδου* *προσώπου*, id est, aduentitiam personarum recipit Soliæ, propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica ea intelligitur, quæ semel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum fanè puellarum liberaliū nullam orationem in proscenio indici in comædia palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ, quæ & ipsa quoque post scenam fieri solet.

EIVS



EIVSDEM ARGVMENTVM
IN EADEM.



CHREMES Atticus, pater Passibulæ & Philumenę: cum ex his duabus se Passibulã perdidisse falsò crederet, relicta in Athenis, nec visam postea multò tēpore, tãquam unicã sibi putabat Philumenam: quam Charinus adolescens Atheniensis adama- bat unicè, & eam sibi petebat vxorem. Sed pa- ter eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro desponderat: qui Pamphilus contra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam Passi- bulam supradictam, alteram Chremetis filiam sub nomine Glycerij latenter sic amavit, vt ex ea filium suscepisset inscio patre: qua intelle- cta, commotus Simo pater Pamphili, dum per fallas nuptias tentat animum Pamphili, mul- tis dolis à Dauo ipse deluditur seruo, pericu- loq. Charini, & Pamphili motus error in fabu- la, qui vsque ad eum finē ductus est, dum Athe- nas veniens Andrius quidam Critonem ape- riat, & nodum fabulę soluat: per quem agnita Passibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amãti, Philumena verò Charino des- pondetur, & traditur exoptanti.

Perspecto argumēto, scire debemus hanc ef- se virtutem poëticam, vt à nouissimis argumē- ti rebus incipiens, initium fabulæ, & originē

ARGVM. ANDRIAE.

narratiuè reddat spectatoribus, auctoremque præfētē sibi exhibeat, vbi finis est fabulæ. Hūc enim ordinem, & circulum poëticæ artis, vel virtutis, non modò secuti sunt tragici, comici que auctores, sed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum, in Latinis fabulis internoscere difficile est, causam iam dudū demonstrauimus. Vnde autem, aut quomodo, quamuis ægre, tã intelligi, distinguiq. possint, & operæ pretium dicere principio dicendum est, nullam personã egressam quinques, ultra exire posse. Sed illa ne plerunque decipimur, quòd personam cùm tacuerit, egressam falsò putamur: quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur attentè animaduertendum, vbi, & quando scena vacua sit ab omnibus personis, vt in eo chorus vel tibicen audiri possit: quod cum viderimus ibi actū esse finitum debemus agnoscere. Confundit sepe lectorem id, quòd persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa, quòd ipsū experientes statim diiudicant de rerū ac tēporum quantitate: potest enim fieri, vt & ingressa, quàm prauè credimus de proscenio nõ recessisse. Possit autem quinto egredi personã non & necesse esse dicimus, vt appareat ultra exire non posse. In tragedia, & parciùs exire, & solere pariter, & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Sossiam conti-

ARGVM. ANDRIAE.

net argumēti, quòd populus hac occasione per
 discit: mox quærelā apud se Dauī de domino
 & eiusdem cum domino verba: & rursus eius-
 dem serui deliberationem quid rerum gerat.
 Secundi actus hæc sunt: Charini verba, primo
 cum Byrrhia seruo, & post cum ipso Pamphilo
 Pamphili sermo cum patre dolo
 consentiētis in nuptias, Byrrhiæ verba. Dauī
 callida oratio aduersū senē. Tertio actui hæc
 attribuuntur: Myfidis cum obstetrice collo-
 quium, Dauo ac Simone audientibus: partus
 Glycerij suspectus seni, & Dauī apud eū frau-
 dulenta sermocinatio: Simonis verba cū Chre-
 mete de nuptijs. Dauī perturbatio ac Pamphī-
 li. Quartum actum per hæc intelligimus: pri-
 ma Charini verba sunt indignantis, velut fidē
 sibi non seruata à Pamphilo: tū Myfidis ver-
 ba apud Pamphilum eiusdemq. questus: Dauī
 administratio doli aduersus Chremetē. In quin-
 to actu Simonis & Chremetis prope iurgium
 disputatio, tum detectio fallaciarum Dauī, tū
 indignatio patris aduersus filium, tum Crito-
 nis interuētus, & per eum cognitio rebus, in
 tranquillam res acta ducentibus vxores, quas
 concupiuerant, Pamphilo & Charino. Illud nō
 commouere nos debet, quod in horum actuum
 distinctione vidētur de proscenio non disce-
 sisse personæ quædam: sed tenere debemus,
 ideo Terentium vicinitatis mentionē fecisse
 in principio, vt modico receptu & adesse, & ab-
 esse

ARGV M. ANDRIAE.

esse personam intelligamus. Nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.



ARGVMENTVM ANDRIAE.

N Vllus est omninò scriptor in Latina lingua, quē tātō opere cognosci, edisci que retulerit atq. Terentium. Nam cū prima virtus in oratione propriè loqui, nec propriij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus, dignus planè est, in quo predictèdo plurimum operæ ac studij ponamus. Et ab ijs qui docent pueros, superstitionem etiã diligentiam in hoc auctore enarrando requiro. Primum prodest monere, quæ comœdiæ natura sit, quid ve spectarint comœdiarum auctores nomen vnde factum sit. At quæ hæc idè Donatus copiosè exposuit. Conuenit autem inter omnes, auctores comœdiarum voluisse, & communium morum, & casuum exempla proponere quibus velut admoniti, prudētius iudicemus de rebus humanis: & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt professores eò diligētius, vt sciant pueri, quid ex illis petere debeant quem fructum facturi sunt legendis comœdijs. Nã quò proprius cognorint & vim litterarum & vtilitatem eò impensius iuuat discere. Porro nomen Comœdia

ARGVM. ANDRIAE.

dia factū est (vt plurimi dicunt) ἀπὸ τοῦ κωμου, id est à comestatione, & ἀπόσωνος, à carmine, vt sit conuiuiale carmen. Nam in cōuiujs primū iocoso quodam carmine ciuium vitia iuentus liberius taxabat: postea ars accessit, & theatrorū cōsuetudo. Aristoteles περὶ ποιητικῆς de nominis origine aliter sentit, nec piget ad scribere eius verba ὡς κωμῶδης ῥύματὸ τοῦ κωμαζέ λεχθέντας, ἀλλὰ τῆ ἢ καὶ κῶμας, πάντῃ ἀπειμαζομένους ἐν τούτῳ. Cetera Donatus. In recensendis argumentis fabularum consilium poëtae summa cura exponendum est, quarum personarum descriptiones in primis admirationem mereantur, in quibus locis plurimum cōmoretur poëta, vbi plurimum neruorum plurimum eloquentiæ ostendet: quot locos ita cōmendet pueris, vt & familiariter ament: & tanquam digitos suos noriat. Et ob hanc causam fabularum omnium argumēta veteri more in πρότασιν ἐπίτασιν, ἢ ἰσοφῆν partiātur, vt distributa facilius adsequatur iuentus. Ferè autem fabulæ, continent periculum quoddam, nusquam enim consilio locutus est, nisi in dubijs rebus. Neque verò aliud est comœdia, nisi humanorum consiliorum & euentuū imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, vt Glycerio fidem promissam præstet, postquam patri per errorem pollicitus est futurum se in eius potestate, ac ducturum quam vellet. Estq. hæc veluti ἄσκις fabulæ. Consilia

Comœdia
vnde di-
sta.

ARGVM. ANDRIAE.

omnia, quærelæ omnes, argumenta omnia huc referenda sunt. Et tota fabula similis orationi generis suaviorij. Nam variè de tota causa consultant senes, adolescentes, ac serui, sed vt argumentum proprius cernere queant pueri, ordine singulas partes referemus.

PERICVLVM PROTASEOS.

Cùm amaret Pamphilus Glycerium, eiq. fidem dedisset ducturum se esse vxorem: pater, qui amare filium compererat, consilium capit abstrahendi eius à Glycerio, simulat se vxorẽ daturũ, poscitque vt ne filius id recuset. Is cũ & patrem vereretur & Glycerium deserere parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quò se vortat, ibi Dauus intelligens simulari rem à patre, consulit herili filio, vt pollicetur patri se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simularentur nuptiæ: Filius obsequitur, quanquam egre, pollicetur patri ducturum se quam vellet.

EPITASIS.

Interea spargitur de Pamphili nuptijs rumor reciscunt & mulierculæ, quibus cum Glycerio consuetudo erat. Et pater cum à filio quod voluerat, extorsisset, non iam simulat rē, sed seriam fabulam orditur. Chremetẽ orat, vt gnatam det vxorem suo filio. Facile impe-

trat

ARGVM. ANDRIAE.

erat. Hic de Pāphilo actum fuit: maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se in patris potestate futurum esse. Quæso quomodo ex turbis se explicet, quod Pamphilus. Hic Dauus, cuius imprudentia periculum contractum erat, cum dolus non successisset, Chremetem deterret à nuptijs fidem faciens amari aliam Pamphilo.

CATASTROPHE.

At pater rē vrget: & processisset, nisi casus qui sæpe plus valet quam ratio, dubijs rebus opem attulisset. Venit quispiam Crito qui docet Glycerium Chremetis filiam esse gratum omnibus nuncium. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiuntur: Vide ex quanto periculo casu euaserit Pamphilus.

Est autem in more Terentio, in prima fere scena lōga narratione commemorare occasionem fabulæ, atque eas narrationes plurimi fecerunt veteres. Sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris consilium, quo his filium à Glycerio diuulsurus erat. In reliquis scenis pergit consilium exequi. Sūt aspersa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Est enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morum studiorum, sodalitiij Pamphili, qua occasione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. **Hæc accurate expendet professor, & velim**

hic

ARGVM. ANDRIAE.

hic immodice etiam anxium esse, καὶ πολὺ πρᾶγ
 μόνειν interpretem. Est enim modis omnibus
 efficiendum, ut mirentur, ut ament hunc au-
 ctorem pueri. Id ita fiet, si rectissime intelle-
 xerint. Exigendum ab ipsis pueris, ut suo mar-
 te argumenta fabularum condant, ut locos ali-
 quos retexant, & pluribus exponant, & tan-
 quam ceram refingant, quæ exercitatio præ-
 terquam quod familiariorē hunc poëtam fa-
 cit, facundiam etiam alit. Finguntur hic corda
 ti senes, Dauus veterator, honesta ac pia men-
 te præditus adolescens Pamphilus: Verum ut
 Pamphili ingenium rectius perspici posset, &
 ut aliquanto plus in fabula turbæ esset, cōfer-
 tur cum eo Charinus Pamphili dissimilimus:
 nihil moderatum in hoc, nihil consilij: contra
 in illo moderatiora omnia penē quàm ætas
 poscit, vel finit amor.

In primis mirantur eloquentiam poëtæ in
 Pamphili querelis, in senis narrationibus, cō-
 sultationibus & obiurgationibus, ab his exem-
 plis & verba, & figuras Latini sermonis, & di-
 cendi rationem assuescant petere adolescen-
 tes, fœlicius haud dubiè collocaturū operam,
 quàm, si interea, velut formicæ Indi-
 cæ aurum conuehe-
 rent.

(563)

(572)

FABV



FABVLÆ INTERLOQV- TORES.

SIMO, senex. BYRRHIA, seruus.
 SOSIA, seruus, LESBIA, obstetrix.
 DAVVS, seruus. GLYCERIVM, meretrix.
 MYSSIS, ancilla. CHREMES, senex.
 PAMPHILVS, adolescens CRITO, hospes
 CHARINVS, adolescens. DROMO, seruus.

C. SVLPITII APPOLINARIS

PERIOCHA.

TRIMETRI IAMBICI.



*S*OROREM falso creditam meretriculæ,
 Genere Andriæ, Glyceriũ viciat Pãphilus:
 Gravidaq; facta, dat fidem vxorem sibi

Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat

Gnatam Chremetis. Atq. vt amorem comperit,

Simulat futuras nuptias, cupiens suus

Quid haberet animi filius, cognoscere.

Davi suasu non repugnat Pamphilus.

Sed ex Glycerio natum, vt vidit puerulum

Chremes, recusat nuptias, generum abdicat,

Mox filiam Glycerium insperato agnitam,

Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

ANDRIA TERENTII.



ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE ÆDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDIÆ. TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTAGRÆCA, EDITA M. MARCEL. C. SVLP. COSS.

PROLOGVS. Trimetri Iambici.



*P*RO ET A *cùm primùm animum ad scribendum appulit.*

Id sibi negotij credidit solùm dari, Populo vt placerēt, quas fecisset fabulas.

Verùm aliter euenire multò intelligit.

Nam in prologis scribundis operam abutitur,

Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli

Veteris poëtae maledictis respondeat.

Nunc quam rem vitio dent, quaso animum aduertite.

Menander fecit Andriam, & Perinthiam.

Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit.

Non ita dissimili sunt argumento: sed tamen

Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.

Quæ conuenere in Andriam ex Perinthia

Fatetur transtulisse, atque vsum pro suis.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,

Contaminari non decere fabulas.

Prologus hic relatiuus est, quãdo in ledi cta in aduersarium reueruntur Exod. Cogit se ad respondendũ aduersario. Operam legit. Diomed. Vitiũ poëte obiectũ. Narratio.

Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant?

Qui cūm hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium Purgat exē
plis.

Accusant: quos hic noster auctores habet:

Quorum emulari exoptat negligentiam

Potius, quàm istorum obscuram diligentiam.

De hinc vt quiescant, porrò moneo, & desinant

Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Faucte, adeste equo animo, & rem cognoscite,

Vt pernoscat is, quid spei sit reliquum.

Posthac quas faciet de integro comœdias,

Spectandę, an exigenda sint vobis prius.

Molestama

lediætorum

imprecatio

Ab audito-

ribus fauo-

rem captat

Exigendæ,

id est, ex-

plodendæ

vt in Hecy-

ra. Partim

sum earum

exactus.

ACTVS PRIMI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Simo narrat liberto primūm honestam filij vitam: deinde amatoriam. Ad postremum etiam aperit, quo consilio se datum illi vxorem simulare statuerit.

Trimetri;

SIMO senex.

SOSIA seruus.

VOS istac intrò auferte: abite. Sosia,

A desdum: paucis te volo. So. dictum puta,

Nep̄e vt curentur rectè hæc. Si. imo aliud. So. quid est,

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

Si. Nihil isthac opus est arte ad hanc rē, quam paro:

Sed ijs, quas semper in te intellexi sitas:

Fide & taciturnitate. So. expecto, quid velis.

Si. Ego postquam te emi à parvulo, vt semper tibi

Apud me iusta, & clemens fuerit seruus,

Scis: feci, è seruo vt esbes libertus mihi.

Propterea quòd seruiebas liberaliter,

Quod habui summum pretium, persolui tibi.

Hic protati

ca persona

inducitur.

Sofia scili-

cet, quę de-

inceps nus-

quam appa-

ret.

Exordij be-

neuolentia

à meritis

captatur;

ANDRIAE

*So. In memoria habeo. Si, haud muto factū. So gaudet,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo: &
Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est, nā ista hęc cōmemoratio.
Quasi exprobatio est immemoris benefici.*

Quin tu vno verbo, dic, quid est, quod me velis.

Si. Ita faciam, hoc primum in hac re prædico tibi,

Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.

*So. Cur simulas igitur? Si rem omnem à principio au-
dies:*

Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum

Cognosces, & quid facere in hac re te velim,

Nam his postquam excessit ex ephebis Sosia,

Liberius viuendi fuit potestas, nam antea

Qui scire posses, aut ingenium noscere,

Dum atas, metus, magister prohibebam? So. ita est!

Si. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere aut canes ad venandum, aut ad philosophos:

Horum ille nihil egregie præter cætera.

Studebat: & tamen omnia hęc mediocriter.

Gudebam, So. non iniuria: nam id arbitror

*Adprimè in vita esse vtile, vt **NE QUID NI-***

MIS:

Si. Sic vita erat: facilè omneis perferre, ac pati,

Cum quibus erat cumque vna ijs sese dedere:

Eorum obsequi studijs: aduersus nemini:

Nunquam preponens se illis, ita vt facillimè

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

So. Sapienter vitam instituit; namque hoc tempore.

OB-

Propositio
consilij.
Narratio
quæ expo-
nit amores
gnati: &
consilium
suum de nu-
ptijs.
Est autem
amplifica-
ta narratio
ne occasio-
nibus om-
bus.

Ad philoso-
phos, Eclip-
sis est Te-
rētiana: po-
test enim
subintelli-
gi animum
applicare,
adire.

OBSEQVIVM AMICOS; veritas
odium parit.

Si. Interea mulier quædam ab hinc triennium.

Ex Andro commigravit * huic vicinia,

Inopia, & cognatorum negligentia.

Coacta: egregia forma, atque ætate integra.

So. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

Si. Primum hæc pudice vitam, parce ac duriter

Agebat, lana, ac tela victum queritans.

Sed postquam amans accessit, prærium pollicens,

Vnus, & item alter (ita ut ingenium est omnium

Hominum à labore proclive ad libidinem)

Accepit conditionem: dein quæstum occipit.

Qui tum illam amabant, forte (ita ut fit) filium

Perduxere illuc secum, ut vna esset, meum.

Egomet continuo mecum, certe captus est,

Habet. Obseruabam manè illorum seruos

Venientes, aut abeuntes, rogitabam, Heus puer,

Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ

Illi id reat nomen. So. teneo. Si. Phædrum aut Cliniam,

Dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum simul

Amabant. Ebo, Quid Pamphilus? Quid symbolum

Dedit, cœnavit. Gaudebam. Item alio die

Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum

Quicquam attinere. enimvero spectatum satis

Putabam, & magnum exemplum continentię.

Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,

Neque commouetur animus in eare tamen,

Scias posse habere iam ipsum suæ virę modum.

Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia

alias huc
cinia.

Nemo re-
pente fuit
turpissimus
gradatim
enim in vi-
tia labimur.

Eclipsis:
Sedulitas
paterna er-
ga filium.
Symbolum
est paruum
numisma,
aut signum
aliquot: ut
anulus.

Epiphone-
ma.

Pamphili
continentię.

ANDRIAE

Bona dicere, & laudare fortunas meas,
 Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
 Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes
 Virò ad me venit, unicam gnatam suam
 Cum dote summa filio uxorem ut daret.
 Placuit, despondi, hic nuptiis dictus est dies.
 So. Quid igitur obstat, cur non vere fiant? Si audies.
 Ferè in diebus paucis quibus haec acta sunt,
 Chrysis vicina haec moritur. So. ò factum bene:
 Beasti: metui à Chryside. Si. Ibi tum filius
 Cum illis, qui amabant Chrysidè, una aderat frequēs,
 Curabat unà funus: tristis interim,
 Nonnunquam colacrumabat; placuit tum id mihi.
 Sic cogitabam: Hic parum consuetudinis
 Causa, mortem huius tam fert familiariter:
 Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
 Hec ego putabam esse omnia humani ingenij,
 Mansuetiq; animi officia, quid multis moror?
 Egomet quoque eius causa in funus prodeò,
 Nihil suspicans etiam mali. So. hæm, quid est? Si scies,
 Effertur, imus. Intereà inter mulieres,
 Quæ ibi aderant forè unam aspicio adolescentulam,
 Forma. So. Bonà fortasse. Si. & voltu Sofia
 Adèò modesto, adèò venusto, ut nihil suprà:
 Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
 Visa est, & quia erat forma præter cæteras
 Honestâ & liberali, accedo ad pedisse quas:
 Quæ sit rogo: sororem esse aiunt Chrysidis.
 Perculsi ilico animum, at at, hoc illud est,
 Hinc illa lachrymæ, hæc illa est misericordia.

Simo huma-
 nitati falso
 adscripsit
 quod erat
 amoris.

Mira ora-
 tionis bre-
 uitas.

So. *Quàm timeo, quorsum euadas. Si, funus interim*

Procedit sequimur: ad sepulchrum venimus:

In ignem posita est, fletur, intereà hæc soror,

Quam dixi, ad flammam accessit imprudencius

Satis cum periculo. ibi tum exanimatus Pamphilus

Benè dissimulatum amorem, & celatum indicat.

Adcurrit, mediam mulierem complectitur:

Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?

Tum illa (vt consuetum facilè amorem cerneret)

Reiecit se in eam, stans quàm familiariter!

So. *Quid ais? Si, redeo inde iratus, atq; agrè ferens.*

Nec satis ad obiurgandum causa, diceret.

Quid feci? quid commerui, aut peccaui, pater?

Quæ sese voluit in ignem inijcere, prohibui:

Seruavi. honesta oratio est. So. rectè pulas:

Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit:

Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?

Si. *Venit Chremes postridie ad me clamitans,*

Indignum facinus, comperisse, Pamphilum

Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo

Negare factum: ille instat factum, denique

Iratum discedo ab illo, vt qui se filiam

Neget daturum. So. nõ tu ibi gnauis? Si. ne hæc quidè

Satis vehemens causa ad obiurgandum. So. qui cedo?

Si. *Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater:*

Prope adest, cum alieno more viuendum est mihi.

Sine nunc meo me viuere intereà modo.

So. *Quis igitur relictus est obiurgandi locus?*

Si. *Si propter amorem vxorem nolit ducere,*

Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est.

Amor Pam
phili erga
Glycerium
proditur.

Pru-ens Si
monis con
filium.

ANDRIAE

Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit, si deneger.

Simul sceleratus Dauus, si quid consilij
Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli:

Quem ego credo manibus, pedibusque obnixè omnia
Facturum, magis id adedè mihi ut incommodet,

Argumen-
tū a natura

Quā ut obsequatur gnato. So. quapropter? Si. rogas?
Mala mens, malus animus, quem quidē ego si sensero.

Aposiope-
sis grauem
pœnā mi-
nantis.

Sed quid opus est verbis? sin eueniat (quod volo)

In Pamphilo ut nihil sit morę: restat Chremes

Qui mihi exorandus est: & spero confore.

Nunc tuum est officium, has benè ut adsimules nup-
tias:

Perterrefacias Dauum, obserues filium,

Quid agat, quid cum illo consilij capter. So. sat est:

Curabo, earnus iam nunc inuò. Si. pra, sequar.

ACTVS PRIMVS SCENA II.

ARGVM.

Spargitur
res in per-
sonas, & in
stitutam cō-
cilium exe-
latur,

Filij amorē explorat pater: simulat futuras nuptias: intermi-
natur Dauo pristini, si quid fallaciæ in ipsis conatus fuerit nup-
tias. Partim Senarij partim Octonarij. Dimeter & unus quo
distinctionis causa usus est per medium, inquit Priscianus.

S I M O, senex.

D A V V S, seruus,

NON dubium est, quin uxorem nolit filius:
Ita Dauum modò timere sensi, ubi nuptias
Futuras audiuit, sed ipse exit foras.

Da. Mirabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet:

Qui

Qui postquam audierat non datum iri filio vxorē suo.
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit neque id
egrè tulit.

Si. At nūc faciet neq; , vt opinor, sine tuo magno malo.

Da. Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,
Speranteis iā amoto metu, inter eā oscitātes opprimi;
Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias.

Astutē. Si. carnifex quæ loquitur? Da. heus est, neq;
præuideram.

Si. Daue. Da. hem quid est? Si. eho dum ad me. Da. quid
hic volt? Si. quid ais? Da. qua de re? Si. rogas?

Mcum gnatum rumor est amore. Da. id populus curat
scilicet.

Si. Hoccine agis, an non? Da. ego verò isthuc. Si. sed
nunc ea me exquirere,

Iniqui patris est; nam quod ante hac fecit, nihil ad me
attinet.

Dū tempus ad eā rē tulit, siui animū vt expleret suū:
Nunc hæc dies aliā vitā adfert, alios mores postulat.

Dehinc postulo, siue equum est, te oro Daue, vt re-
deat iam in viam.

Da. Hoc quid sit. Si. omnes qui amant, grauiter sibi
dari vxorem ferunt.

Da. Ita aiunt. Si. tum si quis magistrum cepit ad eā
rem improbum,

Ipsum animum ægrotum ad deteriores partem plerū
que applicat,

Da. Non hercle intelligo. Si. non? hem: Da. non: Da-
uus sum non Oedipus.

Si. Nempe ergò apertè vis, quæ restant, me loqui?

Callida Da-
ui suspicio.

Agis, id est
audis: Do-
natus, alij
pro facis,
poni con-
tendant.
Indulgen-
tia patris.

ANDRIAE

Adagium
Oedipus e-
nim solus.
Sphingis
ænigma sol-
uit.

Da sanè quidem.

Si. Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs

Fallacia conari, quò fiant minus:

Aut velle in ea re ostendere, quàm sis callidus:

*Verberibus casum te in pristinum Daue dedam vsquè
ad necem.*

*Ea lege, atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro
te molam.*

Quid hoc intellextin? an nondiù etiam ne hoc quidem?

Da. imò callidè.

*Ita aperte ipsam rem modò loquutus, nil circuitione
vsus es.*

*Si. Vbiuis facilius passus sum, quàm in hac re, me de-
ludier.*

*Da. Bona verba queso. Si irrides, nihil me fallis: sed
dico tibi,*

*Alij: neque tu hoc di-
cas,* *Ne temere facias: * neque tu haud dicas tibi non pre-
dictum: caue.*

ACTVS PRIMI SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac scena deliberat Daues, velit Pamphilo esse adiutor,
an auscultare seui. Iambici tum Octonarij, tum Se-
narij.

DAVVS solus.

Consulta-
tio

Daui, filiù
ne adiuuet,
an seni au-
scultes.

E Nimvero Daue, nihil loci est segnitie, neque so-
cordie.

*Quantum intellexi modò senis sententiam de nu-
ptijs.*

Quæ si non a se providentur, me, aut herum possunt
dabunt

Nec quid agam, certum est: Pamphilum ne adiutem,
an auscultem seni.

Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, hu-
ius minas:

Cui verba dare difficile est: primum iam de amore hoc Verba da-
re, id est, de-
cipere,

Me infensus servat, ne quam faciam in nuptijs falla-
ciam.

Si senserit: perij: aut si libitum fuerit, causam cœpe-
rit,

Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum
dabit

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,
Sine ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo
est:

Audireque eorum est opera pretium audaciam.

Nam inceptio est amentium, baud amantium.

Quicquid peperisset, decreverunt tollere.

Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,

Cinem Atticam esse hanc, fuit olim quidam senex

Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam.

Is obiit mortem: ibi tum hanc eiecit in Chrysiæis

Patrem recepisse orbam, parvam fabulæ.

Mihi quidem hercle non fit verisimile: at qui ipsis com-
mentum placet.

Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forū, vt

Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater impruden-
tem opprimat.

Paronomas-
ia est, qua
a Cicerone
ad no mina-
tio dicitur

Hic paras-
ene est, id
est, præpa-
ratio ad a-
liã scenã.

ANDRIAE
ACTVS PRIMI SCENA IIII;
ARGVM.

Narrat Mysis quamobrem à Glycerio exierit; & hic docet Terentius immoderatum vini vsum fugiendum esse ijs, qui serijs præsumunt negotijs. Nihil est enim quod rectè agi ab ebrio possit.

Trochaici, Catalectici, præter duos postremos. Solet autem mutari interdum metri genus, cum ad parasceuem ventum est scenæ sequentis.

MYSIS ancilla.

Oeconomia expos-
tulatur ut ob-
stetrix ac-
ceratur &
conuenia-
tur Pamphi-
lus.

Apostrophe-
sis.

Turba, id
est, turbatio

A Vdiui Archillis iam dudum: quod Lesbiam ad-
duci iubes.

*Sanè polilla temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierẽ.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate ani-
culę,*

*Quia compotrix eius est. Dii date facultatẽ obsecro.
Huic pariundi, atque illi in alijs potius peccandi locũ,
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor
quid fiet.*

*Opperiar, ut sciam, nunquid nam hæc turba tristitię
adferat.*

ACTVS PRIMI SCENA V.

ARGVM.

Habet hæc scena Pamphili dolorem de nuptijs: fidẽ se Glycerio seruaturum pollicetur, vel invito, si res ita exigat, patre.

Partim Tetrametri, cum Iambici, tum Trochaici, partim Trimetri. Sed & Monometer vobis & Diametri aliquot.

PAMPHILVS adolescens. MYSIS ancilla.

Querela
Pamphili.

Hocine est humanum factum, aut inceptum? hoc
Hocine officium patris.

My.

My. Quid istud est? Pam. prò Deum atque hominum fidem? quid est, si non hæc contumelia est?

Vxorẽ decreerat dare sese mihi hodie: nõne oportuit. Prascesse me antè? non ne prius communicatum oportuit?

My. Miseram me, quod verbum audio?

Pam. Quid Chremes, qui denegarat se commissurum mihi

Gnatam suam vxorem? id mutauit, quoniam me immutatum videt.

Ita ne obstinate operam dat, vt me à Glycerio miserũ abstrahat?

Quod si fit, pereo funditus.

Adeon hominem esse inuenistum, aut infelicem quenquam, ego vt sum?

Pro Deum atque hominum fidem, nullõne ego

Chremetis pacto affinitatem effugere poterò? quot modis

Contemptus, spretus! facta, transacta omnia, hem.

Repudiatus reperor. quamobrem? nisi si id est, quod suspicor:

Aliquid monstri alit. ea quoniã nemini obrudi potest, Itur ad me. M. Oratio hæc me miseram exanimauit metu.

Pam. Nam quid ego nunc dicam de patre? ah, Tantam me rẽ tã negligenter agere? præteritẽs modò Mibi apud forum, vxor tibi ducenda est Pamphile hodie, inquit: para,

Abi domum, id mihi visus est dicere, abi curo, & suspende te.

Pamphilus ob nuptias perturbatus ex abrupto incepit propositionem iniurię. A patris per-sona.

Mirè Poeta hic magnas turbas facit, quòca-
tastrophe-
ma ore gau-
dio com-
pleatur.

Exaggeratur indignitas.

Propria & Patetica. Parentis negligentiam carpit.

Aegrè am-
tes de rev-
xoria au-
diunt.

ANDRIAE

Deliberatio & eius partes. Dissolutio, seu articulus deficientibus copulis. Consultatio sequitur querelam: fingit enim cordatum adolescentem.

Metaphora a mole ponderis in ita tera pendens.

Ostupui. censen' vllum me verbum potuisse proloqui?
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam?
obmutui.

Quod si ego recissem id prius, quid facerem? si quis
nunc me roget:

Aliquid facerem, vt hoc ne facerem, sed nunquid primum exequar?

Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè
trahunt:

Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio:

Tum patris pudor, qui me tam leui passus est animo
vsque adhuc,

Quæ meo cumque animo libitum est facere: ei ne ego
vt aduerser? hei mihi,

Incertum est quid agam. M. misera timeo, hoc incertum
quorsum accidat.

Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid
de illa aduersum hunc loqui.

VM in dubio est animus, paulo momento huc illuc
impellitur.

P. Quis hinc loquitur? Mysis salue. M. ò salue Pamphile.
P. Quid agis? M. rogas.

Laborat è dolore, atque ex hoc misera sollicita est,
diem

Quia olim in hunc sunt constituta nuptiæ: tum aut è
hoc timet,

Ne deserat se. P. hem ego ne isthuc conari queam?

Ego propter me illam decipi miseram sinam,

Quæ mihi suum animum, atque omnem vitã credidit?

Quam ego animo egregie charã pro vxore habuerim,

Bene & pudicè eius doctum, atque eductum, sinam
Coactum egestate ingenium immutarier?

Non faciam. M. haud vereor, si in te solo sit situm:

Sed vim vt queas ferre. P. adeon' me ignaum putas?

Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum,

Vt neq; me consuetudo, neque amor, neque pudor

Commoueat, neque commouebat, vt seruem fidem?

M. Vnum hoc scio, hanc meritam esse: vt memor esses
sui.

P. Memor essem? ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis

De Glycerio. iam firmè moriens me vocat:

Accessi: vos semore, nos soli: incipit:

Mi Pamphile, huius formam atque etatem vides:

Nec clam in te est, quam illi vtræque res inutiles

Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam sient.

Quòd ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum,

Per tuam fidem, perque huius solitudinem,

Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras:

Si te in germani fratris dilexi loco,

Sive hæc te solum semper fecit maxumi,

Seu tibi moriger a fuit in rebus omnibus.

Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Hanc mihi in manum dat: mors continuo ipsam occupat.

Accepi: acceptam seruabo. M. Ita spero quidem.

P. Sed cur tu ab illa? M. obstetricem accerso. P. pro-

pera:

Atque audin' verbum vnum caue de nuptiis.

Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

Concludit
partem de
liberatio-
nis suæ per
electione.

Hic versus
perficitur
initio sce-
næ sequen-
tis.

ANDRIÆ
ACTVS SECVNDVS SCENAI:
ARGVMENTVM.

Hic velut
omisso ar-
gumento
principali
admisit
Charinum
vt plus in
fabula fit
turbæ.

Charinus intelligit Pamphilo nupturam Philumenam. Idem
rogat Pamphilum ne ducat. Hic Charinus y Byrrhia fabule ad
iunguntur: ne spreta relinquatur Philumena.

Trochaici & Iâbici: quidē partim Tetrametri. partim Senarij.

CHARINVS adolescens. BYRRHIA seruus.
PAMPHILVS.

Quid ais Byrrhia?

Datur ne illa hodie Pamphilo
Nuptum? B. sic est. C. qui scis? B. apud forum modò
De Dauo audiui. C. vè misero mihi, vt animus in
Spe atque in timore vsque ante hac attentus fuit:
Ita postquã adēpta spes est, lassus cura cōfectus stupet.

B. Quæso a deo! Charine, quoniam id fieri, quod vis,
non potest, velis id,

Quod possit. C. nihil aliud nisi Philumenam volo,

B. Ab quanto satius est, te id operam dare,

Qui istum amorem ex animo amoueas tuo: quàm id
loqui. Quo magis libido frustra incendatur tua.

C. Facile, omnes cum valemus, recta consilia ægrotis
damus.

Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, vt libet. C. sed
Pamphilum

Video: omnia experiri certum est prius, quam pereo.

B. quid hic agit?

C. Ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic
narrabo, meum.

Credo imperabo, vt aliquot saltem nuptias protra-
hat dies:

Interea fiet aliquid spero. B. id aliquid nihil est. C. Byrrhia,

Quid tibi videtur? a deo ad eum? B. quid ni? si nihil impetres,

Ut te arbitretur sibi paratum mœchū, si illā duxerit.

C. Abi hinc in malam rem cum suspitione isthac, scelus.

P. Charinum video, salve. C. ô salve Pamphile.

Ad te venio spem, salutem, auxilium, consilium expe- Artificiose
consilium
postponit.

P. Neque pol consilij locum habeo, neq; auxiliij copiā.

Sed istud quidnam est? C. hodie uxore ducis? P. aiunt.

C. Pamphile,

Id si facis, hodie postremum me vides. P. quid ita? C.

Hei mihi

Vereor dicere: huic dic, quæso, Byrrhia. B. ego dicam,

P. quid est?

B. Sponsam hic tuam amat. P. na iste haud mecum sentit, e hodie dic mihi,

Nunquid nam amplius tibi cum illa fuit Charine? C.

ab Pamphile,

Nihil. P. quàm vellem. C. nunc te per amicitiam & per amorem obsecro,

Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C.

sed si id non potes,

Aut tibi nuptiae hæ sunt credi. P. cordi? C. saltem aliquot dies.

Profer: dum proficiscor aliquò, ne videam. P. audi nunc iam:

Ego Charine, ne utiquam officium esse liberi puto,

D

Cum

Mirè expri-
mit affec-
tum nuptias
recusatis,

Eclipsis,
quicquam.
C. dicis.

*Cum is nihil promereat, postulare, id gratia apponi sibi
Nuptias effugere istas malo, quam tu adipiscier.*

*C. Reddidisti animum. P. nunc si quid potes aut tu, aut
hic Byrrhia,*

Facite, fuggite, inuenite, efficite, qui detur tibi:

*Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo. P. Daui
oprimè*

*Video, cuius consilio fretus sum. C. at tu herclè haud
quicquam mihi,*

*Nisi ea, quæ nihil opus sunt scire, fugin' hinc? B. ego
verò ac lubens.*

ACTVS SECVNDI SCENA II. ARGVMENTVM.

Daus cum ex varijs coniecturis & signis comperisset nup-
tias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido, exultat
insolentius. Trochaici, Tetrametri, Catalectici.

DAVVS. CHARINVS. PAMPHILVS.

Portamus
& corpore,
& animo.

Recto ordi-
ne prius me-
tus tollitur,
quam gau-
dium infun-
datur.

D II boni, boni quid porto sed vbi inueniam Pã-
philum,

*Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam ani-
mum gaudio?*

*C. Letus est, nescio quid. P. nihil est: nondum hæc rescia-
uit mala.*

*Da. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi para-
tas nuptias.*

*Ca. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatum
querere.*

*Sed vbi queram? aut quò nunc primùm intendam? C.
cesas alloqui?*

D. Ab eo

D. Ageo. P. Daue ades, resiste. D. quis homo est, qui me? o Pamphile, Te ipsum quero, euge o Charine, ambo opportunè: vos volo.

P. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij. D. quid timeas, scio.

C. Mea quidem hercle in dubio vita est. D. Et tu quid, scio.

P. Nuptiæ mihi. D. Et id scio. P. hodie. D. obtundis, tamet si intelligo.

Id paues, ne ducas tu istã: tu autẽ, vt ducas. C. rẽ tenes.

P. Isthuc ipsum. D. at q; isthuc ipsum, nihil periculi est me vide.

P. Obsecro te quã primũ hoc me libera miserum metu. D. hem,

Libero, uxorem tibi iam non dat Chremes. P. quĩ scis? D. scio.

Tuus pater modò me prehẽdit: ait tibi uxorem dare se Hodie: ite in alia multa, quę nunc nõ est narrãdi locus. Continudò ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc.

Vbi te non inuenio, ibi ascendo quendam in excelsum locum

Circũspicio; nusquam. fortẽ ibi huius video Byrrhiam. Rogo: negat vidisse: mihi molestum: quid agam cogito. Redeunt interea ex ipsa re mihi incidit suspicio: hem, Paululum obsoni: ipsus tristis, de improuiso nuptiæ. Non coherent. P. quorsum nam isthuc? D. egomet cõtinnò ad Chremem.

Cum illò aduenio, solitudo ante ostium: iam id gaudeo.

Seruilliter exultat Da- uis, id quæ vice exor- dij est,

Mira com- petidia con- trahit hic poëta, nec tamen affe- ctus perso- narum per- dit.

Et tu quid scio: deest timeas Do- natus pro- positio:

Perfecta se- curitas libe- ratio voca- tur, ideo di- citur Libe- rare.

Mira & imi- tanda bre- uitas. Syna- trismus,

Callidum Dauis factũ.

ANDRIAE

Nota argu-
mentum. à
sequētibus.

*C. rectè dicis. P. Perge D. maneo interea introire ne-
minem*

*Video, exire neminem, matronam nullam in aedibus
Nihil ornati, nihil tumuli: accessi intro: aspexi. P. scio
Magnū signū. D. nū videntur convenire hęc nuptijs?*

*P. Nō opinor Daue. D. opinor narras? nō rectè accipis.
Certa res est, etiā puerū inde abiens conveni Chremis,*

Olera & pisciculos minucos ferre obolo in cœnā seni.

*C. Liberatus sum, Daue, hodie tua opera. D. at nullus
quidem.*

*C. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. D. ri-
diculum caput,*

Quasi necesse sit, si huic nō dat, te illam vxorē ducere.

Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. C. bene mones.

Ibo, et si hercle saepe iā me spes hęc frustrata est. vale.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Suadet Pamphilo, atque etiam persuadet Dausus, vt patri di-
cat, vxorem se ducturum, Trochaici Tetrametri Catalectici, &
Iambici tum Octonarij.

PAMPHILVS DAVVS.

Quid igitur sibi vult pater? cur simulat? D. ego
dicam tibi.

Si id succenseat nunc, quia nō det tibi vxorē Chremes,

Ipsus sibi esse iniurius videatur: neque id iniuria,

*Priusquam tuum animum, vt sese habeat ad nuptias
perspexerit.*

Sed si tu negaris ducere ibi culpam in te transferet.

Tum illæ turbę fient. P. quiduis patiar? D. Pater est

Pamphile;

Caput per
synecdo-
chem. Pars
pro toto.
Ambis, Ecli-
psis, deest
enim nihil
efficies. Co-
gitabundus
& stoma-
chose hęc
dicit. Sic
Virgilius.

Quid vult
concurfus?
ad omnem
Confilium
serui quo
Pamphilus
insciens, in
periculum
conijcitur.

Difficile est: tum hæc sola est mulier, dictum ac factum
inuenerit

Aliquam causam, qua mobrem eijciat oppido. P. *ei*. Dictum ac
factū, id est
ciat? D. *citò*.

P. Cedò igitur quid faciam? D. *Dic te ducturū*. celeriter,

P. *hem*. D. *quid est?*

P. Egonè dicā? D. *cur nō?* P. *nunquā faciā*. D. *ne nega.*

P. *Suadere noli*. D. *ex ea re quid fiat, vide.*

P. *Vt ab illa excludar, * hūc concludar*. D. *non ita est:*

Nempe hoc sic opis or dicturum patrem.

Ducas volo hodie uxorem: tu, Ducam inquires.

Cedò, quid iurgabit tecum? hūc reddes omnia,

Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient,

Sine omni periculo: nam hocce haud dubium est, quin

Chremes.

Tibi non det gnatam: nec tu ea causa minueris

Hæc, quæ facis, ne is mutet suam sententiam:

Patri dic velle: ut, cū velit tibi iure irasci, nō queat,

Nā quod tu speras, propulsabo facilè: uxore his morib.

Dabit nemo: inueniet inopē potius, quā te corrūpi sinat,

Sed si te equo animo ferre accipiat, negligentē feceris.

Aliam otiosus quæret: interea aliquid acciderit boni.

P. *Itan' credis?* D. *haud dubium id quidem est.* P. *vide,*

quò me inducas. D. *quin taces?*

P. *Dicam, puerum autem ne reciscat mihi esse ab illa,*
cautio est.

Nam pollicitus sum suscepturum. D. *ô facinus audax.*

P. *hanc fidem,*

Sibi, me obsecrauit, qui se sciret nō deserturū, ut darē.

D. *Curabitur, sed pater adest: caue te esse tristē sentiat.*

* Do. legit
huc conclu
dar. Lina-
cer vero,
hac conclu
dar.

Speras; id
est, times.
Virgil. At
sperate,
deos.

Cautio est,
id est, cauē-
dū est. Do-
nat.

ANDRIAE

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Hæc scena consiliorum executionem habet. Monet Pamphilum Davus, apud patrem ne titubet: sed animo præsentis loquatur.

Trimetri, Iambici.

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

Reuiso quid agant, aut quid capient consilij.

D. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.

Venit meditatus alicunde ex solo loco:

Orationem sperat inuenisse se,

Qua differat te prohibin, tu face, apud te ut sies.

P. Modò ut possim. **D.** crede mihi hoc, inquã Pãphile,

Nunquam hodie tecum commutaturum patrem

Vnum esse verbum, si te dices ducere.

ACTVS SECVNDI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Pamphilum Byrrhia obseruant idem Pamphilus patri respõdet, se facturum quæ volet ille omnia: Charino ea de m renuntiat Byrrhia.

Senarij vt superiores.

BYRRHIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

Herus me relictis rebus iussit Pamphilum

Hodie obseruare: vt, quid ageret de nuptijs,

Scirem, id propterea huc venientem sequor.

Ipsum adeò præstò video cum Dauo: hoc agam.

S. Vtrunque adesse video. **D.** hem. serua. **S.** Pãphile.

D. Quasi de improviso respice ad eum. **P.** hem. pater.

D. Probè **S.** hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.

B. Nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.

P. Neque isthic, neque alibi tibi vsquam erit in me mo

ra. **B.** hem.

D. Obmutuit. **B.** quid dixit? **S.** facis vt te decet:

Curabitur.
impersona
liter, tan-
quam ar-
duum & gra-
ue.

Actio tri-
bus rebus
constat, co-
gitando, di-
cendo, gerẽ-
do. Diffe-
rat, id est,
disturber

Commuta-
re verbum,
est pro bo-
nis dictis
mala inge-
rere.

Iterum mi-
re cum om-
nes consul-
tissime sibi
agere videã-
tur omnes
inopinato
rerum exi-
tu ludifican-
tur.

Vasrum Pã-
phili respõ-
sum Epiphro-
nema. Sic

Cum isthuc, quod postulo, impetro cum gratia.

D. Sum verus? B. herus quantum audio, vxore excidit.

Si. Iam nunc intrò, ne in mora cum opus sit, sies.

P. Eo. B. Nullà ne in re esse homini cuiquam fidem?

Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet,

OMNES SIBI melius esse malle, quàm alteri.

Ego illam vidi virginem forma bona.

Memini videre: quo equior sum Pamphilo,

Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit.

Renunciabo, vt pro hoc malo, mihi det malum.

ACTVS SECVNDI SCENA VI.

ARGVMENTVM.

In hac scena Dauus Simonem, & Davum Simo fallit: quæ res non iniucunda est.

DAVVS. SIMO.

Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam

Portare, & ea me hic vestuisse grana.

S. Quid Dauus narrat? D. & que quidquàm nunc quidem.

S. Nihil' ne? hem. D. nihil prorsus. S. at qui expectabam quidem.

D. Præter spem euenit: sentio: hoc male habet virum.

S. Potin es mihi verum dicere? D. Nihil facilius.

S. Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ

Propter hospitæ huiusce consuetudinem?

D. Nihil, hercle: aut si adeò, bidui aut tridui est

Hæc sollicitudo, nostin? deinde desinet:

Etenim eam secum rem recta reputabit via.

S. Laudo. D. dum licitum est ei, dumq; ætas tulit,

Amavit: tum id clam: cavit, ne vnquam infamiæ

Ea res sibi esset, vt virum fortem decet.

Nunc vxore opus est, animum ad vxorem appulit.

Virgilius:

Nulquam

tuta fide

Iuuenal.

Frõti nul-

la fides.

Dauus ita

loqui vide-

tur, vt spec-

tator tan-

tum audiat,

sic tamen

ait vt velit

audiri à Si-

mone.

Fallacia a-

lia alliam

trudit. Quid

in amore

cauendum?

Sub, signifi-

catum tẽpo-

rat vt sub-

ridet.

ANDRIAE

Drachma
ex 18. filii
quis conf-
tat, id est, ex
tribus scrupulis.
Non laudo.
Modestia,
vtilur, non
enim dicit
reprehendo.
Veterator.
induratus
tritus in a-
stutia.

S. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.
D. Nihil propter hanc rē: sed est, quod tibi succenseat.
S. Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil. S.
quin dic, quid est.
D. Ait nimium parce facere sumptum. S. me ne? D. te.
Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem:
Num filio videtur uxorem dare?
Quem inquit, vocabo ad cœnam meorum equalium
Potissimum nunc? & quod dicendum hinc sciet,
Tu quoque perparce nimium, non laudo. S. tace.
D. Communi. S. ego ista hęc rectè ut fiant, videro.
Quidnam hoc rei est? quidnam hic volt veterator sibi?
Nā si hic mali est quicquā, hęc illic est huic rei caput.

ACTVS TERTII SCENA I. ARGVMENTVM.

Simo pro nimia sagacitate mirum in modum fallitur, par-
tim simulari credens qui verus erat. Senarij.
MYSIS, SIMO. DAVVS. LESBIA obstetrix.
GLYCERIVM puerpera.

ITa pol, quidem res est, ut dixi, Lesbia:
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.
S. Ab Andria est ancilla hęc: quid narras? D. ita est.
M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmavit fi-
dem. S. Hem.
D. Vitam aut hic surdus, aut hęc muta facta sit.
M. Nam, quod peperisset, iussit rolli. S. ô Iupiter
Quid ego audio? actū est, si quidem hęc vera predicat.
L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimum.
Sed sequere me intrò, ne in mora illi sis. L. sequar.
D. Quod remediū nūc huic malo inueniā? S. quid hoc?

Oecono-
mia comi-
corum sæ-
pe sic se ha-
bet, ut casu
putetur eve-
nisset, quod
consilium
factum sit.

Adcon³

*Adeon? est demens? ex peregrinatione scio: ab
Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse se ait?*

Deceptio se-
nis ex sus-
pitione.

*S. Hæc primùm adfertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.*

G. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.

*S. Hui, tam cito? ridiculum: postquam ante hostium
Me audiuit stare, appropereat: non sat commode.*

Diuisa sunt temporibus tibi Dæne hæc. D. Mihin'?

Discipuli,
id est. Paphi

S. Nū immemor es discipuli? D. ego quid narres, nescio li.

*S. Hiccine me si imparatum in veris nuptijs
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?*

Metaphora
ex maris
quiete.

Nunc huius periculo fit: ego in portu nauigo.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Lesbia egrediens, narrat, quo in statu sit Glyceriam puerpe-
ra, simul agit de danda illi potione, imitata Medicos, qui præ
scribere solent egrotis omnia ad cibum, potumq; pertinentia.

Deinde Simo, & Dauus de puero nato callide altercantur.

Initio scenæ, Poeta Trochaico, Trimetro misto, vel confu-
so cum Iambico utitur. Deinde sequitur Dimeter Iambicus
Catalecticus: post quem Iambici Trimetri Acatalectici, & Tro-
chaici Acatalectici. Deinde Dimeter Trochaicus. In fine Iam-
bici aliquot senarij.

LESBIA. SIMO. DAVVS.

A *Dbuc Archillis quæ adsolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse omnia huic esse video.*

Nunc primùm fac istec vi lauet: post deinde

Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperavi,

Dare: mox ego huc reuertar.

Perecastor scirus puer natus est Pamphilo:

*Deos quaeso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est in-
genio bono:*

Adsolent
consuetudi-
nis: oportet,
necessita-
tis.
Medici ad-
huc futura-
rum rerum
incerti præ-
sentibus in-
dicijs fir-
mam vale-
tudine pol-
licentur.

A N D R I A E

Vel, id est, etiam.
 Locus ab incongruentia rei temporisque.
 Verecundia liberi est, serui verò metus.
 Mihine.
 Hoc ad feminis perspicaciam ipse stat, quasi dicat, ego ipse intelligo.
 Egò, ne te, ista pronomina vehementiam habent.
 Vbi sentit seni non dū persuasum hanc parere, affirmat seruus eam parere & tamen ita narrat, ut opinionem seni faciat simulari parum.

Cūq; huic veritus est optimę adolescenti facere iniuriã.
S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? D. quidnam id est?
S. Non imperabat corã, quid opus factõ esset puerperę. Sed postquã egressa est, illis, quę sũt intus clamat de via
O Daue, itãne cõtēnor abs te? aut itãne tandē idoneus tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis? Saltem accuratè, vt meui videar, certè, si rescierim.
D. Certè herclè nunc hic se ipsus fallit, haud ego. S. edixin tibi?
Interminatus sum, ne faceres. nũ veritus? quid retulit? Credõne tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo?
D. Teneo, quid erret: quid ego agã, habeo. S. quid taces?
D. quid credas? quasi nõ tibi renũciata sint hæc sic fore.
S. Mibi ne quisquam? D. eho, an tutè intellexi hoc asimulari? S. irrideor.
D. Renunciatũ est: nam qui isthęc tibi incidit suspicio? S. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas, factum id consilio meo.
S. Certe enim scio. D. non satis me pernosti etiam qualis sim Sime?
Egone te? D. sed si quid narrare occepi, continuo dari tibi verba censes. S. falso. D. itaq; hercle nihil iam mutire audeo.
S. Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hęc. D. intellexin.
Sed nibilo sciũs mox deferent puerum hęc ante ostiũ: Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, vt sis sciens.
Ne tu hoc posterius dicas Dani factũ cõsilio, aut dolis.

*P*rorſus à me opinionem hãc tuã ego eſſe amotã volo.

S. Vnde id ſcis? *D.* audiui, & credo. *S.* multa concurrunt
ſimul,

Multis ſig-
nis conie-
ctura con-
ſtat.

*Q*ui coniecturam hanc nunc facio: iam primum hęc ſe
è Pamphilo

*G*rauidam dixit eſſe, inuentum eſt falſum. nunc, poſt-
quam videt.

*N*uptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illico

*O*btetricẽ accerſitũ ad eã, & puerũ vt adferret ſimul.

D. Hoc niſi fit, puerum vt tu videas, nihil mouentur
nuptia.

S. Quid ais? cùm intellexeras id conſilij capere, cur
non dixti ex templo Pamphilo?

D. Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam om-
nes nos quidem

Pamphilũ
ab amore
diuertiffe
aſſerit.

S. Scimus, quam miſerẽ hanc amarit: nunc ſibi vxorem
expetit.

*P*oſtremò id mihi da negotij: tũ tamẽ idẽ has nuptias
*P*erge facere ita, vt tu facis, & id ſpero adiuturos deos.

Vide quã
diſerte &
latinẽ Simo
hęc ſecum.

S. Imò abi intrò, ibi me operire, & quod paratò opus
eſt, para.

*N*on impulit me, hęc nunc omnino vt crederem:

*A*tq; haud ſcio, an quæ dixit, ſint vera omnia.

*S*ed parui pendo: illud mihi multò maximum eſt,

*Q*uod mihi pollicitus eſt ipſus gnatus. nunc Chremem

*C*onueniam: orabo gnato vxorem. ſi impetro,

*Q*uid aliã malim: quàm hodie has fieri nuptias?

*N*ã gnatus quod pollicitus eſt, haud dubiũ eſt mihi, id

*S*i nolit, quin eum meritò poſſim cogere.

*A*tq; adẽ in ipſo tẽpore eccum ipſũ obuiã Chremem.

ANDRIAE
ACTVS TERTII SCENA III.
ARGVMENTVM.

In hac scena congressu duorum senum ex falsis vere fiunt nuptiæ. Pauci Octonarij, partim Acatalectici, partim, vt in fine scenæ, Catalectici. Bona pars Senarij. Dimeter vnus,

SIMO, CHREMES senex.

Iubemus
verbis: vo-
lumus ani-
mo.

Ex fictis nu-
ptijs veræ
fient, id quæ
initium est
epitascos
periculi in
fabula.

Commēda-
tio amici-
tiæ à vetu-
state. Obte-
statio a re-
bus de qui-
bus agitur.
Vox plena
officij &
charitatis.
Ab utili ac-
curata locu-
tio.

Quasi illa
suauissima
commuta-
tio est a
possibili.

Iubeo Chremetem. C. o te ipsum quærebam?

S. Et ego te. C. optato aduenis.

Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie
filiam.

M. eam nubere tuo gnato: id viso tu ne, an illi insaniat.

S. Ausculta paucis: & quid ego te velim, & tu quod
quæris, scies.

C. Ausculto, loquere quid velis.

S. Per ego te Deos oro & nostram amicitiam Chreme,

Quæ incepta à paruis cum etate accreuit simul,

Perq; vnicamgnatam tuam & gnatum meum,

Cuius tibi potestas summa seruandi datur:

Vt me adiuues in hac re, atq; ita, vt nuptiæ

Fuerant future, fiant. C. ab ne me obsecra:

Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat?

Alium esse censes nunc me, atq; olim, cum dabam?

Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.

Sed si ex ea re plus mali est, quam commodi:

Vtriq; id oro te, in commune vt consulas?

Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater?

S. Imo ira volo, itaq; postulo, vt fiat Chreme.

Neq; postulem abs te, nisi ipsa res moneat. C. quid est?

S. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. C. audio.

S. Ita magnæ, vt sperem posse auelli. C. fabule.

S. Profectò sic est. C. sic herclè, vt dicam tibi:

AMANTIVM IRÆ, amoris* redintegratio est.

S. Hem, id te oro, vt cante eamus, dum tempus datur,

Dumq; eius libido occlusa est contumelijs.

Prius quàm harũ scelera, & lachrymæ confictæ dolis,

Reducant animum aegrotum ad misericordiam,

Vxorem demus, spero consuetudine, &

Coniugio liberali deuinctum Chreme.

Dehinc facilè ex illis esse emersurum malis.

C. Tibi ita videtur: at ego non posse arbitror,

Neq; illum hanc perpetuò habere, neq; me perpeti,

S. Qui scis ergo isthuc, nisi feceris periculum? C. at

Isthuc periculum in filia fieri graue est.

S. Nempe incommoditas denique hũc omnis redit.

Si eueniat (quod Dũ prohibeant) discessio: at

Si corrigatur, quot commoditates, vide:

Principio, amico filium restitueris:

Tibi generum firmum, & filia inuenies virum.

C. Quid isthũc? si isthuc animum inducti esse vtile,

Nolo tibi vllum commodum in me claudier.

S. Meritò te semper maximi feci Chreme.

C. Sed quid ais? S. quid? C. qui scis eos nunc discordare inter se?

S. Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorũ cõsilijs dixit:

Et is mihi persuadet, nuptias quãtũ queã, vt maturẽ.

Num censes faceret, filiũ nisi sciret eadem hęc velle?

Tute adeò iã eius audies verba. heus euocate hũc Dauõ.

Sed eccum, video ipsum foras exire.

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Dauus

Aliàs integratio.

Harum, inuidiose de vna tãtum loquitur.

Aliàs, sese, Chremes

Pamphili amorem su

specum habet.

Parenthesis per euphonismõ.

Abhonesto & vtili.

Diluit summam omnes obiectiones.

ANDRIÆ

Ad ep̄itafin
periculi per
tinet, quod
eò res redit
vt Dauī cō
filiō absint
P amphilo.
Ego dudū,
Grauis ora
tio ab hoc
pronomi-
ne plerum
que exordi
tur.

Dauus seni insultans, hortatur eum ad faciendas nuptias: nō enim putabat fore, vt sic ageretur. Quum igitur videt herum serio de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

Octonarij Acatalectici, & Dimeter vnus.

DAVVS. SIMO. CHREMES.

AD te ibam. S. quidnam est?
D. Cur vxor non accersitur? iā aduesperascit. S.
audin' tu illum?

Ego dudum non nihil veritus sum Dauē abs te, ne fa-
ceres idem:

Quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderet,
Propterea quòd amat filius. D. ego isthuc facerem? S.
credidi.

Id q; adeò metuens vos celavi, quod nunc dicam. D.
quid? S. scies.

Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. iādem co-
gnosti, qui siem.

S. Non fuerant nuptiæ futurae. D. quid? non? S. sed ea
gratia

Simulavi, vos vt pertentarem. D. quid ais? S. sic est res.
D. vide.

Nūquā quini ego isthuc intelligere. vah. cōsiliū callidū?
S. Hoc audi: vt huic te iussi introire, opportunè hic fit
mibi obuiam.

D. Hē, nūnā perijimus? S. narro, quæ dudū narrasti mihi

D. Quidnam audio? S. gnataam vt det oro, vixq; id exo-
ro. per. D. occidi.

S. Hem, quid dixi? D. optimè inquam factum. S. nunc
per hunc nulla est mora.

Simo rem
Dauo ape-
rit.

Verfuta Da-
ui dissimu-
latio.

Sic alibi:
Orator ad
vos venio
finite exo-
rator vt sic.

C. Domum modò ibo: vt apparentur, dicam: atq; hùc renuncio.

S. Nunc te oro Daue. quoniam solus mihi effecisti has nuptias.

D. Ego verò solus. S. corrigere mihi gnatum porrò enitere

D. Faciam herclè sedulò. S. potes nunc, dum animus irritatus est.

D. Quiescas. S. age igitur, vbi nunc est ipse? D. mirum, ni domi est.

S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam iidem illi. D. nullus sum.

Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?

Nihil est preci loci relictum. Iam perturbavi omnia, Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium.

Feci. hodie vt fieret, insperate hoc, atq; inuito Paphilo. Hem astucias, quòd si quiessem, nihil euenisset mali.

Sed eccum ipsum video, occidi.

Vtinam esset aliquid hic, quo nunc me precipitem darem.

ACTVS TERTII SCENA V.

ARGVMENTVM.

Stomachatur Pamphilus, quòd dolosum Dauis consilium secutus responderit patri se ducturum vxorem.

Tetrametri iambici, admistis Trochaicis quibusdam;

PAMPHILVS. DAIVS.

VBI illic scelus est, qui me perdidit? *D. perij. P. atque hoc confiteor.*

Pollicetur quod minime intedit, Mirum, ni, Cautè Dauus callidum interrogacione excipit. Ad huc modum ferè fingit Terentius consilia callidissima fallere. Hem astucias, Ironia est: sibi enim omne malum adscribit.

Metaphoricos à vase fatili & rimoso ductum

NDARIAE

*Iure obtigisse: quandoquidem tã iners, tã nulli consiliij
Sum, seruo? fortunas meas commississe futili?
Ergo pretium o? stultitiam fero. sed inultum id nun-
quam auferet.*

*D. Posthac incolumen sat scio fore me, nunc si euito
hoc malum.*

*P. Sed quid ego nunc dicam patri? negab on? velle me,
modò*

*Qui sũ pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeã?
Nec, quid me nunc faciam, scio. D. nec quidem me: at q;
id ago sedulo.*

*Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquã
producam moram. P. ob.*

*D. Visus sum. P. e hodium bone vir, quid ais? viden? me
tuis consilijs,*

*Miserum impeditum esse? D. at iam expediam. P. ex-
pedies? D. certè Pamphile.*

*P. Nempè vt modò. D. imo melius spero. P. ob, tibi ego
vt credam furcifer?*

*Tu rem impeditam, & perditam restitues? hem, quo
sretus sim.*

*Qui me hodie ex trãquilissima re coniecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? D. dixi. D. quid meri-
tus es. D. crucem.*

*Sed sine paululum ad me vt redeam, iam aliquid dispi-
ciam. P. hei mihi,*

*Cur non habeo spatium, vt de te sumam supplicium, vt
volo?*

*Namq; hocce tempus præcauere mihi me, haud te vl-
cisci sinit.*

ACTVS

ACTVS QVARTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Hęc scena potissimum continet iurgium Charini in Pamphilum, Trochaici Iambici permisti, partim quidem Senarij: partim verò Tetrametri.

CHARINVS. PAMPHILVS. DAVVS.

Hoc cine credibile est, aut memorabile,
 Fanta vecordia innata cuiquam vt fiet,
 Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
 Alterius sua comparent vt commoda? ab
 Id ne verum est? imò id genus hominum est pessimum: in
 Denegando modò queis pudor est paululum:
 Post vbi tempus promissa iam perfici,
 Tum necessario sese aperiant, & timent:
 Et tamen res cogit denegare. ibi
 Tum impudentissima eorum oratio est:
 Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? Heus,
 Proximus sum egomet mihi: at tamen, vbi fides est,
 Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est,
 Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur:
 Sed quid agam? ad eam ne ad eum, & cum eo iniuriam
 hanc exoptulem?
 Ingeram mala multa: atq; aliquis dicat, Nihil promo-
 ueris.
 Multum molestus certe ei fuero, atq; animo morem
 gesserò.
 P. Charine & me, & te imprudens, nisi quid Dii res-
 piciant, perdidit.
 C. Itane imprudens, eadē inuēta est causa. solvisti hęc.

Exordium
 narrationis
 ad Pamphē-
 lum in dicitur
 ta.

Pathos ē
 perfidiæ de-
 testatione,
 estque lo-
 cus commu-
 nis.

In usu ve-
 nit inter
 sedifragos.

Difessio ab
 impruden-
 tia.

Propositio

E

P. Quid

ANDRIAE

P. Quid tandem? C. etiam nunc me subducere istis di-
 & is postulas?

P. Quid isthuc? C. postquam me amare dixi, compla-
 cita est tibi.

Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spe-
 Etavi meo.

P. Falsus es. C. non tibi satis esse hoc visum solidum
 est gaudium:

Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?

Habeas. P. habeam? ab, nescis quantis in malis verser,
 miser,

Quantasq; hic suis consilijs mihi confecit sollicitudi-
 nes

Meus carnifex! C. quid isthuc tam mirum est? de te
 exemplum capit.

P. Haud isthuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem
 meum.

C. Scio, cum patre altercasti dudum: & is nunc prop-
 terea tibi

Succenset: nec te quivit hodie cogere, illa ut duceres.

P. Imo etiam, quo tu minus scis arumnas meas,

Ne nuptiae non approbantur mihi,

Nec postulabas nunc quisquam uxorem dare.

C. Scio coactus tua voluntate es. P. mane,

Nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te.

P. Cur me enecas? hoc audi: nunquam destitit

Instare, ut dicerem esse ducturum patri:

Suadere, orare usque adeo, donec perpulit.

C. Quis homo isthuc? P. Dauros. C. Dauros? P. intertur-

bas omnia. C. quamobrem? P. nescio:

Nisi

Subducere.
 Græca figu-
 ra pro deci-
 pere.

Habeas, per-
 missio iro-
 nica.

Pamphilus
 excusat im-
 prudentiam.

Charinus ar-
 guit volun-
 tatem.

Instare, sua-
 dere, orare,
 cum vche-
 mentia di-
 cit.

Dauros cum
 admiratio-
 ne pronun-
 tiandum.

Nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim.
C. Factum est hoc, Danae? D. factum. C. hem, quid ais scelus?
At tibi Diij dignum factis exitium dunt.
Ehò dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias inimici vellent, quod nisi hoc consilium darent?
D. Deceptus sum, at non defatigatus. C. scio.
D. Hac non successit, alia aggrediemur via: Nisi id putas, quia primò processit parum.
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
P. Imò etiam: nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
D. Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo, Conari manibus, pedibus, noctesque & dies, Capitis periculum adire, dum prosum tibi.
Tuum est, si quid præter spem euēnit, mihi ignoscere, Parum successit, quod ago: at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.
P. Cupior restituere in quem me accepisti locum.
D. Faciam. P. at iam hoc opus est.
D. Hem: sed mane: concrepuit à Glycerio ostium.
P. Nihil ad te. D. quero. P. Hem, nunc cine demum?
D. at iam hoc tibi inuentum dabo.

Dic mihi
 Hoc sepe
 iniuriosum
 Vergil. Dic
 mihi Da-
 mæta cu-
 ium.
 Officium s
 delis seruit

ACTVS SECVNDI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Pollicetur hinc Pamphilus Mysidi, nunquam se deserturum Glycerium: etiam si omnes homines sibi ob id infesto: habiturus.

Iambici, Tetrametri, Catalectici.

Confirma-
tur animus
Pāphili, ne
deserat Gly-
cerium cū
accerſitur.

Iam ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum
adductum.

Tuū Pāphilum: tu modo, anime mi, noli te marcerare.

P. Mysis. **M.** quid est? hem Pamphile, optime mihi te
offers.

P. Quid est? **M.** orare iussit, si se ames, heras, iam ut ad
se se venias.

Videre ait te cupere. **P.** vah. perij: hoc malum integras-
cit.

Siccine me, atq; illam opera tua miseros felicitarier?

Nam idcirco accersor, nuptias quod mihi apparari
sensit.

C. Quibus quidem quam facile poterat quiesci, si hic
quiesset.

D. Agè, si hic non insanit, satis sua sponte, instiga. **M.**
at qui a depol.

Ea res propterea q; nunc misera in mœrore est. **P.** My-
sis.

Per omnes tibi adiuro Deos, nunquam eam me desertu-
rum:

Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes ho-
mines:

Hanc mihi expetivi: contigit: conueniunt mores, va-
leant,

Qui inter nos dissidium volunt: hanc, nisi mors mihi
adimet nemo.

C. Resipisco. **P.** non Apollinis magis verum, atq; hoc
responsum est.

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,

Quò minus hęc fierent nuptiæ, volo: sed si id non poterit,

Plautus in
Captiuis &
Cæsar, pro
cliue pro
facili, sim
pliciter di-
xerunt.

Id faciã, in procliui quod est, per me sterisse vt credat
Quis videor? C. miser æque, atque ego. D. consilium
quero. C. fortis es.

P. Scio quid conere. D. hoc ego tibi profectò effectum
reddam.

P. Iam hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est? D.
huic non tibi habeo, ne erres.

Deterret
Charinum.

C. Sat habeo. P. quid facis? cedò. D. dies hic mihi vt sit
satis vereor,

Ad agendum, ne vacuum esse me nunc ad narrandum
credas:

Callidus
seruus do-
minis im-

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento
estis.

perat.

P. Ego hanc visam. D. quid tu? quò hinc te agis? C. ve-
rum vis dicam? D. imò etiam.

Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?

D. Eho tu impudens, non satis habes, quòd tibi diecu-
lam addo,

Quantum huic promoueo nuptias? C. Daue, attamen.

P. quid ergo?

C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me vt venias,
si quid poteris.

D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age,
veniam. C. si quid,

Domi ero. D. tu Mysis, dum ex eo, parumper opperire
me hic. M. quapropter?

D. Ita factò opus est. M. matra. D. iam inquam, hic
aderò.

ANDRIAE
ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac scena, Daus puerum defert ante ostium Simonis, ut ita Chremes deterreatur à nuptijs. Et consistit hac scena in gestu magis, quam in oratione. Senarij.

MYSIS. DAVVS.

Amicus est
anìmi ama-
tor & cor-
poris.

Audax con-
siliu, quo
res magis
perturbata
fuit, nisi
casu emer-
sisset ex his
analis Pam-
philus.

Donat. le-
git, iurandū
anìhi Scruū
molle men-
tiri, noua re
ligio est.

Metaphora
à venatori-
bus sumpta.

Nihil ne esse proprium cuiquam? D. vestrā fidē.
Summum bonum esse herē putabam hunc Pam-
philum,

Amicum, amatorem, virum in quouis loco

Paratum: verum ex eo nunc misera quem capite

Dolorem! facile hīc plus mali est, quā illic boni.

Sed Daus exit. mi homo, quid isthuc, obsecro, est?

Quò portas puerum? D. Mysis, nunc opus est tua

Mibi ad hanc rem ex prompta memoria, atq; astutia.

M. Quidnam incepturus? D. Accipe à me hunc ocysus,

Atq; ante nostram ianuam adpone. M. obsecro,

Humine? D. ex ara hinc sume verbenas tibi,

Atque eas suis sterne. M. quamobrem id inte nō facis?

D. Quis si forsē opus sit ad herum iusiurandum mihi

Non apposuisse, ut liquidò possim. M. intelligo.

Noua nunc religio te isthęc incessit, cedo?

D. Moue ocysus te, ut quid agam, perro intelligas.

Pro Iupiter. M. quid? D. sponse pater interuenit:

Repudio consilium, quod primum intenderam.

M. Nescio quid narres. D. ego quoque hinc ab dextrā

Venire me ad simul abo: tu, ut subseruias

Orationi, ut cunq; opus sit verbis, vide.

M. Ego

*M. Ego, quid agas, nihil intelligo. sed si quid est,
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo: ne quod v^{ost}rum remorer commodum.*

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

In hac scena Chremes puerum ex Glycerio natum audit, & illam ciuem esse Atticam, vt sic à nuptijs deterreatur, Senarij ferè, paucis admistis Octonarijs.

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

R Euertor, postquam quæ opus fuere ad nuptias Summa nuptiarum potestas in patre puellæ sita est.
*Gnata, paravi, vt iubeam accersi, sed quid hoc?
Puer hercle est, mulier, tun' apposuisti hunc? M. vbi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est:
va misera mihi,*

*Relinquit me homo atq; abiit. D. Dij v^{ost}ram fidem:
Quin turbe est apud forum? quid illic hominum liti-
gant?* Admiratio cum exclamatione.

Tum annona cara est, quid dicam aliud, nescio.

*M. Cur tu, obsecro hîc me solam? D. hem quæ hæc est
fabula?*

Eho Mysis, puer hic vnde est? quisue huc attulit?

*M. Satin' sanus es, qui me id rogitas? M. quem igitur
rogem?*

Qui hîc neminem aliura vides? C. miror, vnde sit.

*D. Dicturan' quod rogo? M. au. D. concede ad dexte-
ram.* Au, interieccio est cōsternatæ mulieris.

M. Deliras: non tute ipse? D. verbum si mihi

ANDRIAE

Maledicis,
pro commi-
naris, orna-
tus sermo.

Davi versu-
zia iurgiu
reperit.

Aposiope-
sis.

Nō fac, ter-
tiam perso-
nam de se
facit.

Vnum praterquam quod te rogo, faxis, caue.

M. Maledicis. D. vnde est? dic clarè. M. à vobis. D. ha-
ba hæ

Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix.

C. Ab Andria est ancilla hæc quantum intelligo.

D. Adeon' videmur vobis esse idonei,

In quibus sic illudatis? C. veni in tempore.

D. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.

Mane: caue quoquam ex isthoc excessis loco.

M. Dij te eradicent: ita me miseram territas.

D. Tibi ego dico, an non? M. quid vis? D. at etiam ro-
gas?

Cedo, Cuium puerum hic apposuisti? dic mihi.

M. Tu nescis? D. mitte id quod scio: dic quod rogo.

M. Vestri. D. cuius? nostri? M. Pamphili. D. hem, quid
Pamphili?

M. Eho. an non est? C. rectè ego semper fugi has nup-
tias.

D. O facinus animadvertendum. M. quid clamitas?

D. quem' ne ego eri vidi ad vos adferri vespere?

M. O hominem audacem. D. verum vidi Cantharam

Suffarcinatam. M. Djs pol habeo gratias,

Cum in pariundo aliquot adfuerant liberae.

D. Ne illa illum haud nouit, cuius causa hæc incipit.

Chremes si positum puerum ante ades viderit,

Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit.

C. Non hercle faciet. D. nunc adeo, vt tu sis sciens,

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam

Prouoluam, teq; ibidem peruoluam in luto.

M. Tu pol homo non es sobrius. D. fallacia

Alia

*Alia aliam trudas iam susurrari audio,
Ciuem Atucam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. eho, obsecro, an non ciuis est?
C. Iocularium in malum insciens pene inci di.
D. Quis hic loquitur? ô Chreme, per tempus adue-
nis?*

Proverbiū
cui subia-
cet menda-
cem memo-
rem esse o-
portet.

*Ausculata. C. audiui omnia. D. an hæc tu omnia?
C. Audiui inquam à principio. D. audistin' obsecro?
hem?*

Davi calli-
dicas.

*Scelera: hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi,
Hic ille est: non te credas Dauum ludere.*

Ille, emphe-
sim habet,
sed per iro-
niam dicitur,
suppal-
pitato mu-
lieris.

M. Me miseram: nil pol falsi dixi, mi senex.

C. Noui rem omnem, sed est Simo intus? D. intus est.

*M. Ne me attingas scelste, si pol Glycerio non omnia
hæc*

Aposiophe-
fis.

D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. quid sciam?

D. Hic socer est: alio pacto haud poterat fieri,

Vt sciret hæc, quæ volumus. M. hem prædiceres.

D. Paulum interesse censes, ex animo omnia:

Vt fert notura, facias, an de industria?

ACTVS QVARTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Crito veniens ex Andro Athenas de Glycerio percontatur, an parentes repererit suos, audiens nondum reperisse: dolet quod videat hoc sibi obfuturum in adeunda hæreditate.

CRITO hospes. MYSIS. DAVVS.

Occasio ca-
tastrophes.

IN hac habitasse platea dictum est Chrsidem:
Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias.

Nam senex casu interueniens discutit periculum. Alias parere. Ita ne Chrysis? scilicet perijt. Hæc, singula emphasim habent.

Potius quam in patria honestè pauper viuere.
Morte eius ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video saluete. M. obsecro
Quem video? est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. C. o Mysis salue. M. saluo sis Crito.
C. Idne Chrysis? bene. M. nos. quidem pol miseras perdidit.
C. Quid vos? quo pacto hic? satim' recte? M. nosne? sic
VT QVIMVS, aiunt, quando vt volumus, non licet.
C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes reperit?
M. Utinam. C. an nondum etiam? haud auspiciatò me appuli.
Nam pol si id scissem nunquam huc tetulissem pedem.
Semper enim eius dicta est hæc, atque habitata est soror.
Quæ illis fuerunt possidet. nunc me hospitem,
Lites sequi. quam hic mihi sit facile, atque uile,
Aliorum exempla commonent, simul arbitror
Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei: nam ferè
Grandiufcula iam profecta est illinc, clamitens,
Mesycophantam, hereditatem persequi,
Mendicum: tum ipsam dispoliare non licet.
M. Optimè hospes pol Crito antiquam obrines.
C. Duc me ad eam, quando hæc veni, vt videam. M.
maximè.
D. Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.

'Antiquam scilicet morem, aut ingenium.

ACTVS QVINTI SCENA I.
ARGVMENTVM.

Simo cupit fieri nuptias, generum resulat Chremes, ob na-

cum ex Glycerio puerum. Trochaici, Tetrametri Catalectici.
CHREMES SIMO.

Satis, iam satis Simo spectata erga te amicitia est
mea.
Satis periculi coepi adire: orandi iam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filia.
S. Imo enim, quam maximè abs te postulo, atque oro,
Chreme,
Vt beneficium verbis ininitum dudum, nunc re compro-
bes.
C. Vide quàm iniquus sis præ studio, dum efficias id,
quod cupis:
Neque modum benignitatis, neque quid me ores cogi-
tas.
Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.
S. Quibus. C. abrogitas? perpulisti me, vt homini ado-
lescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias:
Eius labore, atq; eius dolore gnato vt medicarer tuo:
Impetrasti: incepti, dum res tulit: nunc non fert, feras:
Illã hinc cinẽ esse aiunt puer est natus, nos missos face.
S. Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas cre-
dere,
Quibus id maximè vtile est illum esse quam deterru-
mum.
Nuptiarum gratis hæc sunt facta, atque incepta om-
nia,
Vbi ea causa, quam obrem hæc faciunt, erit adempta,
his, desinent.

Ad finem
epitaficos
facit hæc
noua turba.

Rogitas? ac-
cusatio est
& enume-
ratio iniuria-
rũ, scilicet
ob amorẽ
meretricis.

* Alias le-
git retulit.

Defensio
per conie-
cturam. Re-
prehensio
Simonis cũ
Dami testi-
monio.

ANDRIAE

Ch. Erras, cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillā.

S. scio. C. at

Vero vultu cum ibi me adesse neuter tum praesenserat.

S. Credo, & id facturas Dauus dudum praedixit mihi,

Et nescio qui d tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

ACTVS QVINTI SCENA II.

ARGVMENTVM.

In hac scena Simo quum audiret venisse, qui Glycerium dicat cinem esse Articam: ita accentus Dauum intro raptum conijcit in vincula: & miro hic artificio patris, ac domini offensa consuetudinem exprimit Terentius.

Trochaici Catalectici bona ex parte, praeter sex Trimetros in fine scenae: admittis tamen interdum Iambicis quadratis.

DAVVS. CHR EMS. SIMO. DROMO seruus.

Otium, securitas est: negotium vero sollicitudo.

Hic scelus, ad sensum retulit: nam propter sensus verba sunt: non propter verba sensus. Probe indignanter dicitur.

A Nimo iam nunc otioso esse impero. C. hem. Dauum tibi.

S. Vnde egreditur? D. meo praesidio, atq; hospitio. S. quid illud mali est?

D. Ego comodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi. S. scelus.

Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in vado. S. cesso alloqui?

D. Herus est, quid agam? S. o salve bone vir. D. hem. Simo o noster Chreme,

Omnia apparatus iam sunt intus. S. curasti probe.

D. Vbi voles, accerse. S. Bene sane; id enim uero hic nunc abest.

Etiam tu hoc respondes? quid istuc tibi negotij est?

D. mi-

D. mibi n? S. ita.

D. Mibi ne? S. tibi ergo. D. modò introij. S. quasi ego quàm dudum rogem.

D. Cum tuo gnato vna, S. an? ne est intus Pamphilus? crucior miser.

Eho, non tu dixisti esse inter eos inimicitias carni fex?

D. Sunt. S. cur igitur hic est? C. quid illum censes. cum illa litigat.

D. Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias

Nescio quis senex modo venit: illum, confidens, cautus:

Cum faciem videas, videtur esse quantiuis preti.

Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides.

S. Quidnam apportas? D. nihil e quidem, nisi quod illum audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium se scire ciuem esse Atticam.

S. Hem Dromo, Dromo. Dr. quid est? S. Dromo. D. audi. S. verbum si addideris, Dromo.

D. Audi obsecro. Dr. quiduis? S. sublimem hunc intrò rape quantum potes.

Dr. Quem? S. Dauum. D. quam obrem? S. quia lubet, rape inquam. L. quid feci? S. rape.

D. Si quidquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.

Ego iam te commotum reddam. D. tamen si hoc verum est. S. tu tamen

Cura asseruandum vinctum: atque audin? quadrupem

Chremes
Simonem
irridet Au
det placu-
lum serui,
quia nihil
restare pe-
riculis pu-
tat, sed non
fert id im-
pune.

Dauu ver-
bis commo-
tus, seruum
lorarium
vocat, qui
loris id est
corijs alios
seruos ver-
berat.

pedem constringito.

Decorum
comicum
seruat non
proceden-
do ultravin-
cula ad ne-
cem, quod
tragicum
orat.

Age nunc, tam ego pol hodie, si uiuo, tibi ostendam,
herum quid sit periculi fallere, &
Illi patrem. C. ah ne saui tant opere. S. Chreme,
Pietatem gnati non ne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Simo acriter obiurgat filium: confessus crimen, filius ve-
niam petit, ac se totum paterne subijcit voluntati. Nimis con-
motum Simonem placare nititur Chremes. Partim Iambici Se-
narij, partim Trochaici, Tetrametri, Catalectici: idque in fi-
ne scenae.

Omnium
apostrope-
sis, irato
familiaris,
quādo pro
dignitate
peccati nō
inuenitur
conuictum
competens.
Vide quo-
modo assur-
gat,

P AMPHILVS. SIMO. CHREMES.

Q Vis me volt? perij: pater est. S. quid ais, omnium?
C. ah:

Rem potius ipsam dic; ac mitte male loqui.

S. Quasi quicquam in hunc iam grauius dici possit,

Ain' tandem? ciuis Glycerium est? P. ita praedicant.

S. Ita praedicant? o ingentem confidentiam.

Num cogitat, quid dicat? num facti piget?

Vide, num eius color pudoris signum vsquam indi-
cat?

Adeon' impotenti esse animo, vt praeter ciuium

Morem, atque legem, & sui voluntatem patris.

Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

P. Me miserum. S. modo ne id demum scisti, Pamphile?

Olim isthuc, olim, cum ita animum induxi tuum,

Quod cuperes, aliquo pacto officinandum tibi,

Exodera

Eodem die isthuc verbum verè in te accidit.

Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?

Cur meam senectutem huius sollicito amentia? an

vt pro huius peccatis ego supplicium sufferam?

Imò habeat: valeat: viuat cum illa. P. mi pater.

S. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.

Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:

Adducti, qui illam ciuem hinc dicant viceris.

P. Pater, licet ne pauca? S. quid dices mihi? Ch. at

Tamen, Simo, audi. S. ego audiam quid ego audiam

Chreme? Ch. at tamen dicat sine. S. age, dicat: sino.

*P. Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor
id quoque,*

Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, impera.

*Vis me vxorem ducere? hanc vis ammittere? vt pote-
ro, feram.*

*Hoc modo te obsecro, vt ne credas à me allegatum
hunc senem.*

Sine me expurgem, atque illum hinc coram adducam.

S. adducas? P. sine pater.

C. Aequum postulat: da veniam. P. sine hoc te exorem.

S. sino.

*Quiduis cupio dum ne ab hoc me falli comperias
Chreme.*

Ch. PRO PECCATO magno paululum
supplicij satis est patri.

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

*Hęc scena continet Andrij Critonis cum Simone, & Chre-
mete*

Mira graui-
tate hic sen-
sus exagge-
ratur: nam
pluraliter
de vno tan-
tum loqui-
tur.

Pater, ora-
tio pudoris
plena.

Amphibo-
logia est.
Difficulta-
tem rei of-
tendit re-
sumpto ver-
bo per in-
dignatio-
nem.

ANDRIAE

mete congressum, in quo error omnis fabulae aperitur: nam Glyceriam ostenditur hanc filia esse Chremetis.

Trochaici, Tetrametri, & Iambici Quadrati admisto vno Dimetro.

CRITO hospes. CHREMES. SIMO.

PAMPHILVS.

Mitte orare, vna harum quavis causa me, vt faciam, monet.

Crito hic Pamphilum alloquitur,

Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi cupio Glycerio.

verum vt de Glycerio dicat.

Ch. Andrium ego Critonem video? & cerie is est, saluosus Crito:

Catastrophe Critone aggressus acriter inculat.

Quid tu Athenas insolens? Cr. euenit. sed hiccine est Simo.

Ch. Hic est. S. men' queris? ebo, tu Glycerium hinc ciuem esse ais?

C. Tu negas? S. itane huc paratus aduenis? Cr. quare? S. rogas.

Tu ne impunè hoc facias? ut ne hic homines adolescentulos,

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem inijs. Solicitando & pollicitando eorum animos laetas? C. sanus ne es?

S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?

P. Perij: metuo, vt substet hospes. Ch. si. Simo, hunc noris satis.

Ironia plerunq; casus imitatur in dustriam, vt hic.

Non ita arbitrere, bonus hic est vir. S. hic vir fit bonus?

Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptijs, Vt veniret antehac nunquam? est vero huic credendum.

dum Chreme?

P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probè.

S. Sycophanta. Cr. hem. Ch. sic Crito est hic. mitte, Cr. videat qui fiet.

Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea, quæ non volt, audiet.

Ego isthæc moneo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?

Nam, ego quæ dixi, vera, an falsa audieris, iam sciri potest.

Atticus quidam olim, naui fracta apud Andrum eie-

ctus est,

Et isthæc vna parua virgo: tum ille egens, fortè applicat.

Primum ad Chrysidis patrem se. S. fabulam inceptat!

C. sine.

Cr. Ita ne verò obturbat? Ch. Perge. Cr. tum is mihi cognatus fuit,

Qui cum recepit: ibi ego audiui ex illo, sese esse Atti-

cum:

Is ibi mortuus est. Ch. eius nomen? Cr. nomen: tam cito tibi?

Phania. Ch. hem, perij. C. verum herclè opinor fuisse Phaniam,

Hoc certò scio, Rhānusiū se aiebat esse. Ch. ò Inppiter.

C. Eadem hæc, Chreme, multi alij in Andro tum audire. Ch. viinam.

Id fiet, quod spero. Ebo dic mihi, quid eam tum Crito:

quæ ne esse atebat? Cr. nō. C. cuiā igitur? C. fratris filiā

Narratio
hæc parsest
argumenti

Ex illo con-
firmatio ve-
ritatis.

Rhānus pa-
gus est Atti-
cæ mariti-
mus, inde
Rhānusiū.
Cuiam, ve-
tusto more
dixit:

ANDRIAE

Proverbiū.
Metaphora
à pecudibus
aures arri-
gentibus.

Illo, scili-
cet fratre
meo Pha-
nia.
Affectus a-
mantis.

Aliàs Odiū,
vide Donat.
& alios.
Amoris Pā-
phili affe-
ctus expri-
mitur.

Notatur
frequentissi-
ma Pamphili
cum Glyce-
rio consue-
tudo.
Simo cum
Pamphilo
iam redit
in gratiā.

*Ch. Certè mea est? Cr. quid ais? Si. quid tu ais? P. arri-
ge aures Pamphile.*

*S. Qui credis? Ch. Phania ille frater meus fuit. S. no-
ram, & scio.*

*Ch. Is hinc bellum fugiens, meq; in Asiam persequens
proficiscitur.*

*Tum illam hinc relinquere est veritus, post illa, nunc
primùm audio*

*Quid illo sit factā. P. vix sum apud me, ita animus
commotus est metu,*

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

S. Ne istā multis tuā inueniri gaudeo. P. credo pater.

*Ch. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me ma-
lè habet. P. dignus es,*

*Cum tua religione * odio: nodum in scirpo quæris. Cr.
quid isthuc est?*

*Ch. Nomen non conuenit. Cr. fuit herclè aliud huic
parua. Ch. quod Crito?*

*Nunquid meministi? Cr. id quæro. P. ego ne huius me-
moriam patiar meæ*

*Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari
mibi?*

*Non patiar. heus Chreme, quod quæris: P. sibula est.
Cr. ipsa est. Ch. ea est.*

*P. Ex ipsa millies audiui. S. omnes nos gaudere hoc
Chreme*

*Te credo credere. Ch. ita me dñj ament, credo. P. quid
restat pater?*

*S. Iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam. P. ò le-
pidum patrem.*

De vxore, ita vt possedi, nihil mutat Chremes Ch. caus
sa optima est:

Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. S. id scilicet. Ch.
dos est Pamphile,

Decem talenta. P. accipio. Ch. propero ad filiam: eho
me cum Crito:

Nam illam me haud nosse credo. S. cur non illam huc
transferri iubes?

P. Rectè admones. Da uo isthuc dedam iam negoti. S.
non potest.

P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius. Mirè Dau
mètionem

P. quidnam. S. vinctus est.

P. Pater, non rectè vinctus est. S. haud, ita iussi. P. facit vt sol
uatur.
iube solui obsecro.

S. Age fiat. P. at matura. S. eo intrò. P. ô faustum,
& fœlicem hunc diem. Exclamatio
amatoris.

ACTVS QVINTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Charini & Pamphili colloquium inde hic introducitur, vt
vna narratione, Charini quoque negotium transigatur.

Iambici Trochaici Octonarij permisti.

CHARINVS. PAMPHILVS.

Prouiso, quid agat Pamphilus: atq; eccum. P. ali-
quis forsas me putet,

Non hoc putare verum: at mihi nunc sic esse hoc ve-
rum lubet.

Ego vitam deorũ propterea sempiternã esse arbitror,
Quòd voluptates eorum proprię sunt. nam mihi im-
mortalitas

Parta est, si nulla huic egritudo gaudio intercesserit.

ANDRIAE

Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem: davis?

C. Quid illud gaudi est? P. Davum video, nemo est, quem mallem omnium:

Nãque huc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.

ACTVS QVINTI SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Davo narrat Pamphilus Glycerium inuentam esse ciuem Atticam, seq. illam ducturum vxorem. Charinus ostendit per Pamphilum facile se impetraturum à Chremete Philumenã. Hæc scena alteram generam Chremeti comparat: ne aut Charinus tritius abeat, aut prouisum Philumenæ fit. Eiusdem mensuræ.

DAVVS. PAMPHILVS. CHARINVS.

P Pamphilus ubi nam hic est? P. Davae. D. quis nam homo est? P. ego sum. D. ô Pamphile.

P. Nescis quid mihi obtigerit? D. ceriè, sed, quid mihi obtigerit, scio.

P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, vt quod sim nactus mali,

Prius rescisceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni.

P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. ô factum benè. C. hem.

P. Pater amicus sumus nobis. D. quis? P. Chremes. D. Narras probè.

P. Nec mora vlla est, quin eam vxorem ducam. C. nũ ille somniat.

Prouerbiũ ex re natũ. *Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero, Davae? D. ah, desine.*

Solus est, quem diligunt dij. C. saluus sum si hæc vera sunt,

*Conloquar. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso
mibi aduenis.*

C. Bene factam. P. hem audi stin? C. omnia, age, me in Benefa. gra
culatio cō-
pendiola.

Tuus est nunc Chremes, facturū, quæ voles scio omnia. Lætus co-
mœdiæ exi-
tus,

*P. Memini, at que adeò longum est nos illum expecta-
re, dum exeat.*

*Sequere hâc me intus apud Glycerium est nunc. tu Da-
ue, abi domum:*

*Propera, accerse, hinc qui auferat eam: quid stas? quid
cessas? D. eo.*

CALLIOPIVS.

*Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur:
Intus transigetur, si quid est quod restet. Plaudite.*

FINIS ANDRIAE.



IN EVNVCHVM

ARGVMENTVM.

CIVIS quidam Atheniensis filiam, cui Pamphilæ, & fi-
lium cui Chremeti nomen erat, habuit, ex ijs Pamphi-
lam adhuc infantulam prædones rapuere è Sunio mercatori
cuidam Rhodio vendidere. qui Rhodum aduectam, meretrici,
quam amabat, dono dedit, hæc acceptam puellam pari cura
ac studio, cum Thaide filia cœpit educere: nemo vt esset, qui
non vtramque ex ipsa genitam esse arbitraretur. Thais, quæ
grandiuscula erat, cùm ad eam ætatem peruenisset, vt viris
placere posset: maternam, vt fit, viuendi rationem insecuta
cum hospite quodam Athenas venit, qui eam postea moriens
hæredem reliquit. interea miles, Thraso nomine, ad eam adie-
cit animum, cumque cum ea per aliquod tempus consueuisset,

in Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies vitam cum morte commutauerat: fraterque ipsius Pamphilam venale proposuerat, sperans eam, quod et formosa esset, & fidibus sciret, preclare a se venditum iri, forte accidit, ut eo ipso tempore Thaidis amator miles esset Rhodi: qui, harum omnium rerum inscius Pamphilam emit; ut esset, quod amice Athenas reuersus, dono daret Thais profecto milite, aliam conditionem quaesierat, adiunxeratque sibi Phaedriam, adolescentem Atheniense, Lachetis filium inuenerat, interim etiam aliquid de Pamphilamque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eo peruenerat, ut non dubijs indicijs intelligeret, sororem illius esse, quae secum in maternis sedibus educata foret. Summope recupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodemque facto, & puellam summo afficere beneficio, & propinquorum illius amicitias fortunam constabiliret suas. Redit miles, sed, cum cognosset de amore Phedriae, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat Thais, quid ageret, nescire, nam & Phaedriam, amabat ex animo, & Pamphilam recipiendam gratia quiduis sibi faciendum putabat. Tandem cum seraret se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animam offenderat, probaturam: Phaedriam, ut militi gratificaretur, excludit. Postridie accersito ei, atque aegre ferenti tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, ut per biduum, priores partes habere Thrasonem fineret: ubi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phaedria, ut huius bidui molestiam aequiore animo ferret prius sibi abeundum esse statuit: itaque abiens mandat Parmenoni, ut Eunuchum, & Aetiopsam ad Thaidem, cui eos emerat duceret, Pamphilam, cum ex sedibus Thrasonis ad Thaidem deduceretur, conspicatus in via Phaedria frater natu minor Chærea, ita eius amore flagrare cepit, nihil ut pensi haberet, dum ea potiretur: neque prius conuenit, quam eius rei causa, ad Thaidem pro Eunuchum deductus est, qui ad plura? Thaide ad cenam cum milite profecta, virgini a Chærea per vim vitium offertur turbae undique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais a Lachete in fidem, & clientelam recipitur, Chærea agnitam Pamphilam ducit uxorem, Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricij partem, Gnatonis parasiti opera admittitur.

PHAEDRIA. adolescens.	CHREMES. adolescens rusticus.
PARMENO. seruus.	ANTIPHO. adolescens.
THAIS. meretrix.	DORIAS. ancilla.
GNATO. parasitus.	DORVS. eunuchus.
CHAREEA adolescens.	SANGA. seruus.
THRASO. miles.	SOPHRONA nutrix.
PYTHIAS. ancilla.	LACHES. senex.

G. S. VLPICI APOLLINARIS PERIOCHA
Trimetri Iambici.

S Ororem falso dictitatum Thaidis,
 Id ipsum ignorans, miles adduxit Thraso.

Ipsiq; donat. erat hęc ciuis Attica.

Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet

Thaidis amator Phædria: ac rus ipse abit,

Thrasoni oratus biduum concederet.

Ephebus frater Phædriæ puellulam

Cum deperiret dono missam Thaidi,

Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno;

Introijt: vitiat virginem, sed Atticus

Ciuis reperit us frater eius, collocat

Vitiatam ephebo. Phædriam exorat Thraso.

A' Δουλου

Meretrix adolescenti, cuius mutuo amore tene-
 batur exclusit: etq; reuocato exclusionis cau-
 sas reddidit. eius frater minor natu virginem, quam
 miles meretrici dono miserat, amare cœpit; ductusq;
 in domũ meretricis pro eunuchis, vitiat. Re itaq; cog-
 nita, cum illam se meretrix doleat, ab eodem ado-
 lescente placatur: interuentuq; fratris eius, ciuem
 cognitam Atheniensem ducit uxorem. miles quoque
 in partem meretricij amoris receptus illuditur.

Ab eod.
 scilicet
 Chærea.

EVNVCHVS TEREVTII.

(Gens)

ACTA LVDIS. MEGALENSIB. L.
POSTHVMIQ, L. CORNELIO EDIL.
CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS
TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNES.
TINVS: GRAECA MENANDRV
FACTA SECVNDA. MODOS FECIT
FLACCVS, TIBIIS DVABVS DEX.
TRIS. M. VALERIO, C. FANNIO
COSS.

PROLOGVS. Trimetri.



*S*iquisquam est, qui placere se studeat bo-
nis.

*Q*uam plurimis, & minime multos lade-
re:

Excusat cur
in aduersa.
rium inue-
hatur.

Dictum in
L. Lauitii.
Erasmus le-
git quia læ-
sit prius.

Id est, reus
prius excu-
lat se quam
agit actor.

In his puerum hic nomen proficitur suum.

Tum si quis est, qui dictum in se inclementius

Existimat esse, sic existimet: sciat,

*Responsum, non dictum esse, * quia lesit prior,*

Qui benè vertendo, & eas describendo malè,

Ex Grecis bonis, Latinas fecit non bonas.

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit:

Atque in Thesauro scripsit, causam dicere

Prius, vnde petitur aurum, quare sit suum,

Quam illic qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,

Aut vnde in patriam monumentum peruenerit.

De his

Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet:
 Defunctus iam sum: nihil est quod dicat mihi.
 Is ne erret, moneo, & desinat laceffere.
 Habeo alia multa quæ nunc condonabuntur:
 Quæ profereantur post si pergat ledere
 Ita, ut facere instituit. Nunc quam acturi sumus
 Menandri Eunuchum, postquam adiles emerunt,
 Prefecit, sibi ut inspiciundi esset copia.
 Magistratus cum ibi adesset, accepta est agi.
 Exclamat, & furem non poetam, fabulam
 Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen:
 Coluam esse Nævi, & Plauti veterem fabulam,
 Parasiti personam inde ablatam, & militis.
 Si id est peccatum, peccatum imprudencia est
 Poeta non qui furtum facere studuerit.
 Id ita esse vos iam iudicare poteritis.
 Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
 Et miles gloriosus: eas se non negat
 Personas transtulisse in Eunuchum suam
 Ex Græca: sed eas fabulas factas prius
 Latinas scisse sese, id verò pernegat.
 Quòd si personis iisdem ut alijs non licet:
 Qui magis licet currentes servos scribere,
 Bonas matronas facere, meretrices malas
 Parasitum edacem, gloriosum militem,
 Puerum supponi, falli per servum senem,
 Amare, odisse, suspicari? denique
NULLVM EST iam dictum, quod non di-
 ctum sit prius.
 Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere.

Poeta mo-
 destia bene-
 volentiam
 captat. Nar-
 ratio.

Peccatum
 prius nomē
 est, poste-
 rius verbū in
 Purgatorio.
 Colax Lati-
 ne adulator
 dicitur.
 Comicoꝝ
 materia per-
 sonaque.

Epiphone-
 ma.

EVNVCHI

*Quæ veteres factitarunt, si faciant novi.
Date operam, & cum silentio animaduertere,
Ut pernoscat, quid sibi Eunuchus velit.*

ACTVS PRIMI SCENA I. ARGVMENTVM.

Phædria exclusus consultat an redire debeat Thaidem.
Huic Parmeno suadet, vt animo æquo, amoris molestias fe-
rat. Trimetri.

PHAËDRIA adolescens, PARMENO seruus.

Opponit
militi riva-
lem, quem
fingit ægre
concedere
dies aliquot
dum à mi-
lite Thais
munus ex-
torqueat.
Aliàs, per-
tendes.

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Cum accersor vltro? an potius ita me compa-
rem,

Non perpeti meretricum contumelias?

Exclusit: reuocat. redeam? non, si me obsecret.

P. Si quidem hercule possis, nihil prius: neque fortius

Verum si incipies, neque perficies gnauiter:

Atque vbi pati non poteris, cum nemo expectet,

Infecta pace: vltro ad eam venies, indicans

Te amare, & ferre non posse: actum est, illicet,

Peristi: eludet vbi te victum senserit.

Ph. Proin' tu dum est tempus, etiam atq; etiã cogita.

P. Here, quæ res in se neque consilium, neque mo-
dum

Habet vllum, eam consilio regere non potes.

In amore hæc omnia insunt vitia: iniuria,

Suspitiones, inimicitie, inducia,

Bellum, pax rursus: incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

Quam si des operam, vt cum ratione insanias.

Dialogif-
mos, quasi
ad alterũ, Si
milis cõge-
ries est in
Plauri Mer-
catore.

Aposiopo-
sis celeberrima.

Et

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:

*Ego ne illam? que illum? que me? qua non? sine modo,
Mori me malim: sentiet qui vir siem.*

*Hęc verba vna me hercle falsa lachrumula,
Quam oculos terendo misere vix vi expresserit,*

*Restinguet, & te vltro accusabis, & dabis ei
Vltro supplicium. Ph. ô indignū facinus: nunc ego &*

Illam scelestam esse, & me miserum sentio.

Et tædet, & amore ardeo: & prudens, scieas,

Viuus vidensque pereo: nec quid agam, scio.

*P. Quid agas: nisi vt te redimas captū quàm queas,
Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas:*

Et ne te afflictes. Ph. ita ne suades? P. si sapis

Neque preterquam quas ipse amor molestias

Habet addas: & illas, quas habet, recte feras.

Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas:

Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

ACTVS PRIMI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Thaidis blando sermone victus Phædria pollicetur se bi-
duum rus concessurum, vt Thraconi interim locus sit apud
illam. *Trimetri.*

THAIS meretrix. PHAEDRIA. PARMENO.

Miseram me, vereor, ne illud grauius Phædria
Tulerit: vneue aliorſū, atq; ego feci, acceperit,

Quod heri intromiſſus non est. Ph. totus, Parmeno,

*Tremo, horreoque, poſtquam affexi hanc. P. bono a-
nimo es,*

Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſaris.

Th. Quis hic loquitur? ehe, tun' eras hic mi Phædria?

Extenuatio
ad auxesim
spectans.

Amoris ve
hementia.

Persistat in
metaphora
bellica,

In hac sce-
na exponi-
tur occasio
fabulae, vt
Terentio
initio fabu-
larum mos
est: simul
causatur mi-
les sit pla-
candus, re-
censetur.

EVNVCHI

Quid hic stahas? cur non recta introibas? P. ceterum
De exclusione verbum nullum. Th. quid taces?

Ph. Sanè quia verò hæ mi patent semper fores:

Aut quia sum apud te primus. Th. missa isthæc face.

Ph. Quid missa? ò Thais, Thais, utinam esset mihi

Pars æqua amoris tecum: ac pariter fieret, ut

Aut hoc tibi doleret iidem, ut mihi dolet,

Aud ego isthuc abs te factum nihil penderem.

Th. Ne crucia te obsecro anime mi Phædria.

Non pol quo quenquam plus amem, aut plus dili-
gam,

Eò feci: sed ita erat res: faciundum fuit.

P. Credo, ut sit, misera præ amore exclusit hunc fo-
ras.

Th. Siccine ais Parmeno? age, sed hinc qua gratia

Te accersi iussi, ausculta. Ph. fiet. Th. dic mihi

Hoc primum potin' est hic tacere? P. egone? optime.

Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:

Quæ vera audiui taceo, & contineo optime.

Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palam
este

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Potin' tu, taceri si vis, vera dicito.

Th. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

P. Potest taceri hoc. To. ibi tum matri parvolum

Puellam dono quidem mercator dedit,

Ex Attica hinc abreptam. Ph. civem ne? Th. arbi-

tror,

Certum non scimus, matris nomen, & patris

Dicebat ipsa: patriam, signa cætera

Reponit
Thaidivicé
tanquam
falsum di-
ctura sit.
Metaphora
à vase ficti-
li Narratio
Basis figura
est h'c quã
do inter
narrandum
omnia pe-
detentim.

Neque sciebat, neque per aetatem etiam potuerat.

Mercator hoc addebat: è predonibus

Vnde emerat audisse abreptam è Sunio.

Mater vbi accepit, cepit studiose omnia

Docere, educere ita, vti si esset filia.

Sororem plerique esse credebant meam.

Ego cum illo, quo cum vno rem habebam tum hos-
pitem,

Abij huc: qui mihi reliquit, hæc, quæ habeo omnia.

P. Virunque hoc falsum est: effluet. Th. isthuc? P.
quia.

Neque tu vno eras contenta: neque solus dedit:

Nam hic quoque bonam, magnamque partem ad te at-
tulit.

Th. Ita est: sed sine me peruenire quo volo,

Interea miles, qui me amare acceperat,

In Cariam est profectus: te interea loci

Cognoui tute, scis, post illa quàm initium

Habeam te: & mea consilia vt tibi credam omnia?

Th. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubium
ne id est.

Th. Hoc agite amabò. mater mea illic mortua est

Nuper: eius frater aliquantum ad rem est auidior.

Is vbi hanc forma videt honesta virginem.

Et fidibus scire, pretium sperans, illico

Producit: vendit. forte fortuna adfuit

Hic meus amicus, emit eam dono mihi,

Imprudens harum rerum, ignarusque omnium

Is venit: postquam sensit me tecum quoque

Rem habere, fingit causas, ne det, sed ulò

Meretricis

notat,

Tute, astute

meretrix,

vbi dixitq;

amator em

vrgebant

blandimen

ta subijcit.

Commen-

datio puell-

la.

Aic

EUNUCHI

*Ait, si fidem habeat, se iri prepositum tibi
Apud me: ad non id metu at, ne ubi acceperim,
Sese relinquam: velle se illam mihi dare:*

Eclipsis.

*Verum id vereri, sed ego quantum suspicor,
Ad virginem animum adiecit. P. etiam ne amplius?*

Cur puellam
abducere
quaerat.

*Tb. Nihil: nam quasi nunc ego eam, mi Phædria.
Multae sunt causae, quamobrem cupio abducere.
Primum, quod soror est dicta, praeterea ut suis*

Amicus per
petuo, ama
tor ad tem
pus, Vide
quam leni
ter preca
tur & blan
de.

*Restituam, ac reddam? sola sum: habeo hic neminem,
Neq; amicum, neq; cognatum, quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*

*Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores parteis hosce aliquot dies*

*Apud me habere nihil respondes? Ph. pessima,
Egon: quicquam cum istis factis tibi respondeam?
P. Hei noster, laudo: tandem perdoluit: vir es!*

*Ph. At ego nesciebam quorsum tu ires: parvula
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
Soror est dicta: cupio abducere, ut reddam suis.*

Indignanter
omnia repe
tit. Ironia
Stomachan
tis amato
ris.

*Nempe omnia haec nunc verba hinc redeunt: denique
Ego excludor, ille recipitur, qua gratia?
Nisi illum plus amas, quam me: & istam nunc times,*

*Quae aduecta est, ne illum talem praeuripiat tibi:
T. Egon? id timeo? Ph. quid te ergo aliud sollicitat?*

Nunc ubi:
id est nun
quid alicu
bi.

*cedo.
Num solus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier?*

*Non' ne ubi mihi dixi cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quesiui? Eunuchum porro dixi velle te,*

Quia

Quia solę vtuntur his reginæ, reperi.

Heri minas viginti pro ambobus dedi.

Tamen contempnus abs te, hæc habui in memoria.

Ob hæc facta abs te spernor. Th. quid isthuc Phædria?

Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror.

Id fieri posse maxime: veruntamen

Potius quam te inimicum habeã, faciam, vt iusseris.

Ph. Vtinã isthuc verbum ex animo, ac vere diceres,

Potius quã te inimicum habeam si isthuc crederem

Sincere dici, quiduis possim perpeti.

P. Labascit, victus vno verbo quã citò?

Th. Ego non ex animo misera dico? quam ioco.

Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum

Saltem vt concedas solum. Ph. si quidem biduum:

Verum ne fiant isti viginti dies.

Th. Profecto non plus biduum: ant. Ph. ant? nihil moror,

Th. Non fiet: hoc modo sine te exorem. Ph. scilicet

Faciendum est, quoduis. Th. meritò te amo. Ph. bene facis.

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:

Ita facere certum est: mos gerundus est Thaidi.

Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. maximè.

Ph. In hoc biduum Thais vale. Th. mi Phædria,

Et tu nunquid vis aliud? Ph. egone quid velim?

Cum milite isto præsens absens vt scies:

Dies noctesque me ames: me desideres:

Me somnies: me expectes: de me cogites:

Verbū pro dicto ponitur.

Ego, Emphasim habet.

Biduum tãquam bienium fit.

Aposiopesis.

Omnia hæc vim amoris exprimunt.

Isto, per contemptum, quasi odio.

EUNUCHI

Meretrix
bona hic in
ducitur.

*Me speres: me te oblectes: mecum tota sis?
Meus fac sis post erit animus, quando ego sum tuus.
Th. Me miseram forsitan hic mihi parvam habeat fi-
dem,*

*Atque ex aliarum ingenijs nunc me indicet.
Ego pol, que mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neque finxisse falsi quicquam: neque meo
Cordi esse quenquam charior, hoc Phædria,
Et quicquid huius feci, causa virginis
Feci, nam me eius spero fratrem propemodum
Iam reperisse, adolescentem adeò nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intrò, atque expectabo, dum venit.*

ACTVS SECVNDI SCENA I. ARGVMENTVM.

Phædria rus concedit, id quod Thaidi se facturum dixerat. Illius ex amore immutationem miratur Parmeno: & militis donum ita laudat, vt heri sui eunucho præferat.

Trochaici Iambicis admistis, hisque partim Tetrametris, partim Trimetris, vno etiam Dimetro.

PHÆDRIA PARMENO.

Isti scilicet
Eunuchus
& Actiopis-
sa.

Vt riualem
opponit ita
& munus:
sed decebat
militis mu-
nus vince-
re.

Fac ita, vt iussi: deducantur isti. Pa. faciam. Ph.
at diligenter.

Pa. Fiet. Ph. at maturè. Pa. fiet. Ph. satin' hoc man-
datum est tibi?

Pa. Abrogitare? quasi difficile sit. vtinam.

Tam aliquid inuenire facile possis Phædria,

Quam hoc peribit. Ph. ego quoque vna per eo, quod mi-
hi est carius:

Ne isthuc tam iniquo patiare animo. Pa. minimè: quin

Effectus

Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas?

Ph. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris: & istum amulum, quod poteris ab ea pellito.

Figurate
pro qui mi
hi sum cha
rier.

Pa. Memini, tamen si nullus moneas. Ph. ego rus ibo, atque ibi manebo.

P. Censeo. Ph. sed heus tu. Pa. quiduis? Ph. censen' posse me obfirmare, &

Perpeti ne redeam interea? P. tene? non herclè arbi-
tror.

Non aut iam reuertere: aut mox noctu te adigent hor-
sum insomnia.

Ph. Opus faciam, ut defatiger usque, ingratus ut dor-
miam.

P. Vigilabis lassus, hoc plus facies. Ph. abi sis: nihil
dicis Parmeno.

Eijcienda herclè hæc mollities animi: nimis me indul-
geo.

Don. me in-
dulgeo: sic
veteres

Tādē ego non illa caream, si sit opus. vel totum tri-
duum? P. hui.

quod nos
mihī dicitur

Vniuersum triduū? vide quid agas. Ph. stat sententia.

nos

P. Dū boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immu-
tariet

Laus Phæ-
driæ ab ac-
ta ætate.

Ex amore, ut nō cognoscas eundē esse: hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis seuerus quisquā, nec magis con-
tinens,

Sed quis est hic, qui huc pergīt? at at, hic quidem est
parasitus Gnato.

Militis. ducit secum vnā virginem huic dono. papæ;

Facie honesta: mirū, ni ego me turpiter, hodie hīc dabo

Cū meo decrepito hoc Eunuco. hæc super at ipsā Thaidē.

EVNVCHI
ACTVS SECVNDI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Quasi ambulantes Gnatonis personam inducit, sub cuius
verbis corrupti hominum mores ostenduntur, maxime assen-
tatorum, qui patellam sequuntur, & ad prandia praesto sunt.
Trochaici, & Iambici Tetrametri Catalectici.

GNATO parasitus. PARMENO.

Gnatonis
descriptio.
Haud impu-
rum, id est,
non avarū.
Dialogicos
hæc dicun-
tur
Omnia hæc
ex media
suntur
consuetudi-
ne.

D Illi immortales, homini homo quid prestat? stul-
to intelligens

Quid interest? hoc aded ex hac re venit in mentē mihi:
Conueni. hodie adueniens quendam mei loci hinc, atq;
ordinis.

Hominem, haud impurum, itidem patria qui abligu-
rierat bona:

Vides senum, squalidum, egrum, pannis, annis que ob-
scurum.

Quid isthuc, inquam ornati est? quoniam miser quod
habui perdiidi: hem,

Quò redactus sū? omnes noti me, atq. amici deserūt.

Hic ego illum contempsi præ me: quid homo inquam
ignauissime?

Itane parasti te, vt spes nulla reliqua in te fiet tibi?

Simul consilium cum re amisti? vident me ex eodem
ortum loco?

Qui color, nitor, vestitus. quæ habitudo corporis?

Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cūm est,
nihil desit tamen.

At ego infœlix, neq. ridiculus esse, neque plagas pati

Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.

Olim

Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sacrum
prius: Adulatoriū
officiū Sen
tent averif
fima, hac
præsertim
tempestate,

Hoc nouum est aucupium: ego adeò hanc primus in-
ueni viam.

Est genus hominum, qui esse primos, se omnium re-
rum volunt,

Nec sunt tamen: hos confector: hisce ego non paro me
ut videant:

Sed his vltro arrideo, & eorū ingenia admiror simul.
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id
quoque

Negat quis, nego: ait, aio. postremo imperavi egomet
mihi

Omnia assentari, is quæstus nūc est muliò vberrimus.

P. Scitum hercle hominem: hic homines prorsus ex
stultis insanos facit.

G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi
venimus. Antiptosis,
aduentum,
pro aduētui
Vetus est,
pro in tan-
to honore,

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes,

Cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores, aucupes,

Quibus & re salua, & perdita profueram, & pro-
sum sæpe

Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur: In potesta-
te dixit Ci-
cer pro in-
postate.

Ille vbi miser, famelicus, videt me esse in tantum ho-
nozem,

Et tam facile victum querere: ibi homo cœpit me ob-
secrare,

Ut sibi liceret discere id de me. sectari iussi.

Si pote, tanquam philosophorum habent discipline ex
ipsis.

EVNVCHI

Vocabula parasiti iidem vt Gnatonici vocentur?

P. Viden' otium, & cibus quid faciat alienus. G. sed ego cesso

Ad Thaidem hac deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat?

Pris. legit, hisce.

Parasitica elegantia.

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video, Riualis seruum: salua res est, nimirum hîc homines frigent?

Nebulonem hunc certum est ludere. P. bice hoc munere arbitrantur,

Suam Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem Summum suum impertit Gnato. quid agitur? P. Stat. G. video.

Nunquid nam hic quod nolis vides? P. te. G. credo: at nunquid aliud?

Laudatio mimica.

Gnato in sultat Parmenoni.

P. Qui dum? G. quia tristis es. P. nihil equidem. G. ne sis: sed quid videtur

Hoc tibi mancipium? P. non malum herclè. G. pro hominem. P. vt falsus animi est.

G. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? P. hoc nunc dices.

Eiectos hinc nos: **OMNIVM RERVM** heus vicissitudo est.

G. Sed ego te totos Parmeno hos menses quietum redam.

Ne sursum, deorsum cursites, nunc vsque ad lucem vigiles.

Sic soleo. eclipsis, beate Ironice.

Ecquid beo te? P. men? pape. G. sic soleo amicos. P. laudo.

G. Detineo te fortasse, tu profecturus aliò fueras.

P. NUS

P. Nusquam. G. tum igitur paulum da mihi opera,
fac ut admittar

Ad illam. P. agè modò, nunc tibi patent fores hę,
quia istam ducis.

G. Num quem euocari hinc vis foras? P. sine biduum
hoc prætereat:

Qui mihi nũc vno digitulo fores aperis fortunatus:

Ne tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

G. Etiam nunc hic stas Parmeno? ebo num nam tu hic
relictus custos,

Ne quis fortè internuntius clam à milite ad istam cur
siter?

P. Facetè dictum: mira verò militi quę placeant.

Sed video herilem filium minorem hũc aduenire.

Miror' quid ex Piræo abierit: nam ibi custos publice
est nunc

Non temere est: & properans venit: nescio quid circum
spectat.

Submissius
pronunciã
dum.

A contra-
rijs, & est hy
perbole ex
pressissima.

Ironicos.

Paresceue
ad aliam
scenam.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chærea laudat fortè conspectam virginem: quæritur subdu-
ctam Parmeno ostendit, qui fieri possit, ut illa potiatur.

Iambici, Trochaicique, Tetrametri permisti, Senarij tum ali
quod in media scena.

Occasio tã
quam nouæ
fabulæ: &
noui motus
in hac co-
mædia, est
autem ora-
tio plena
affectibus.

CHÆREA. adolescens. PARMENO.

O Ccidi.

Neque virgo est vsquam: neque ego, qui illam è
conspectu amisi meo.

EVNVCHI

Neque ego
fatis ama-
torie, qui te
quoque pro-
didit, dum
illam non
inuenit.

Virginis
laus à for-
ma.

Plautus in
Amphit. Pa-
rum etiam
præut futu-
rū est præ-
dicas. est
que sæpe
Plautus hac
figura vsus.
* Vel flo-
ci te. Vide
Donatum.
Perturba-
tio ex amo-
re.
Reprehen-
dit indus-
trie cultū,
& laudat
pulchritudi-
nem natu-
re.

*Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter, quam
insistam viam?*

*Incertus sum: vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari
non potest.*

*O faciem pulchram: dolco omnes de hinc ex animo
mulieres.*

*Tædet harum quotidianarum formarum. P. ecce au-
tem alterum,*

*Nescio quid de amore loquitur. C. ð infortunatum se-
nem.*

*P. Hic vero est, qui se amare occeperit, ludum iocūq;
Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ
dabis.*

*C. V: illum dii, deique senium perdant, qui me hodie
remoratus est:*

Meq; adeò qui restiterim: tum autem qui illum non
flocci fecerim,*

*Sed eccum Parmenonem. salue. P. quid tu es tristis?
quidue es alacris?*

*Vnde is? C. ego nescio herclè, neque vnde eam neque
quorsum eam, ita proisus oblitus sum mei.*

*P. Qui quæso? C. amo. P. hem. C. nunc te Parmeno of-
tendes, qui vir sies.*

*Scis te mihi sæpe pollicitum esse, Chærea aliquid in-
ueni,*

*Modo, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt
cognoscas meam:*

*Cum in cellulam ad te patris penam omnem congere-
bam clanculum.*

*P. Age inepte. C. hoc herclè factum est. fac sis nunc
pro-*

promissa appareant,
 Sive ad eò digna res, ubi tu nervos intendas tuos.
 Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas
 matres student
 Demissis humeris esse, vincto pectore, vt * graciles
 sient.
 Si qua est habitior paulò, pugilens esse aiunt: deducunt
 cibum:
 Tamen si bono est natura, reddunt curatura iunceas:
 Itaque ergò amantur. P. quid tua isthæc? C. noua figura
 va oris. P. papæ.
 C. Color verus corpus solidum, & succi plenum. P.
 anni? C. anni sexdecim.
 P. Flos ipse. C. hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel pre-
 cario
 Hoc tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.
 P. Quid virgo cui a est? C. nescio hercle. P. vnde est?
 C. tantundem. P. vbi habitat?
 C. Ne id quidem. P. vbi vidisti? C. in via. P. qua ratio-
 ne amisti? C. id quidem
 Adueniens mecum stomachabar modò: neque
 Quenquam ego esse hominẽ arbitror, cui magis bonæ
 Felicitates aduersæ sient.
 P. Quid hoc est sceleris? C. perij. P. quid factum est:
 C. rogas?
 Patris cognatum atque equalem Archidemidem
 Nostin? P. quid ni? C. is, dum sequor hanc, fit mihi ob-
 uiam.
 P. Incommodè, hercle. C. Imò enimvero infelicitè?
 Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.

Probus le-
 git gracilæ,
 a nominati-
 uo gracila.
 Descriptio
 formosæ
 puellæ.
 Affectus a-
 materius.
 Amisti, per
 syncopam,
 pro amissi-
 sti.
 Cuique suæ
 iniuriæ ma-
 xime videtur.

Quid ni?
 correptio.

EVNVCHI

Illum liquet mihi deierare his mensibus

Vel, superest in versu.

Sex vel septem prorsum non vidisse proximis, Nisi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.*

Hypotyposis lenis.

Eho, non' ne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxime.

Hyperbole ex fastidio orta.

C. Continuo adcurrit ad me, quam longè quidem.

Incurvus, tremulus, labijs demissis, gemens:

Heus heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.

Scin' quid ego te volebam? dic. cras est mihi

Aliàs loquitur.

Iudicium. quid, tum? ut diligenter nuncies

Patri, advocatus manè mihi esse ut meminere.

*Dum hæc * dicit, abiit hora. rogo. nunquid velit,*

Rectè, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,

Illa sese interea commodum huc adverterat

In hanc nostram plateam. P. Mirum ni hanc dicit, modò

Verùm, hic inceptiva particula est non relatiua.

Hinc quæ data est dono. C. hinc cū aduenio, nulla erat.

P. Comites secuti scilicet sunt virginem?

G. Verum, parasitus cum ancilla. P. ipsa est scilicet.

Desine: iam conclamatum est. C. alias res agis.

P. Isthuc ego quidem. C. nostin quæ sit? dic mihi: aut

Vidistin? P. vidi, novi, scio quò abducta sit.

C. O Parmeno mi, nostin? P. novi. C. scis vbi fiet?

P. Huc deducta est ad Thaidem meretricem, ei dono data est.

C. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc? P. miles Thraso,

Phædris rivalis. C. duras fratris partes prædicas?

P. Imò enim si scias quod donum huic dono contra comparet,

Tum magis id dicas. C. quodnam quæso hercle? P. Eunuchum. C. illum ne obsecro inhonestum hominem, quem mercatus est herē, senem mulierem?

P. Istum ipsum. C. homo quatietur certe cum dono foras.

Gemina vituperatio, ab ætate & sexu.

Sed istam Thaidem non sciui nobis vicinam. P. haud diu est.

C. Perij nunquam? ne etiam me illam vidisse? e hodie dic mihi;

Est? ne ut fertur, forma? P. sanè. C. ad nihil ad nostrā hanc. P. alia res est.

C. Obsecro herclè Parmeno, fac ut pariar. P. faciam sedulo, ac

Parmeno diligentia potestetur.

Dabo operam adiunabo, nunquid me aliud vis? C. quò nunc is? P. domum,

Vt mancipia hæc, ita ut iussit frater, deducam ad Thaidem.

Occasio cõsili, & noui motus.

C. O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.

P. Quid ita? C. rogitas? summa forma semper conseruans domi

Videbit: colloquetur, aderit vna in vnis edibus:

Cibum nonnunquam capiet cum ea: interdum propter dormiet.

Quinque amoris gradus.

P. Quid si nunc tute fortunatus fias? C. qua re? Parmeno

Responde. P. capias tu illius vestem. C. vestem? quid tum postea?

P. Pro illo te deducam. C. audio. P. te esse illum di-

EVNVCHI

Quisquam,
scæ en. p^o
mitur.

eam. C. intelligo.

P. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dice-
bas modò:

Cibum vna capias, adsis, tangas, laudas, propter dor-
mias.

Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, ne
que scit qui sies,

Præterea forma ætas ipsa est, facile vt pro Eunucho
probes.

C. Dixti pulchrè: nunquam vidi melius consiliũ dari.

Age: eamus intro, nunc iam orna me: abduc, duc quan-
tum potes.

Vase ser-
uus non
vult vide-
ri sceleris
auctor.

P. Quid agis? iocabar equidem. C. garris? P. perij,
quod ego egi miser?

Quo irudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico
mane.

Calidum
θερμον

C. Eamus. P. pergin? C. certum est. P. vide ne nimis
calidum hoc sit modò.

Græci pro
periculo di-
cunt, sic &

Cicero i.

Offa. Cru-
cibus, id est
tormentis.

C. Non est profectò: sine. P. at enim isthęc in me eude-
tur faba: ab,

Flagitium facimus. C. an id flagitium est, si in domũ
meretriciam

Deducar: & illis crucibus, quę nos, nostramque ado-
lescentiam

Habent despiciatam, & quę nos semper omnibus cru-
ciat modis,

Nanc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt
ab illis fallimur:

An potius hæc pati? equum est fieri, vt à me ludatur
dolis.

Quod qui rescierint, culpet illud meritò factum omnes putent.

P. Quid isthuc? si certum est facere, facias: verum ne post conferas.

Culpam in me. C. non faciam. P. iubesne? C. iubeo, cogo atque impero.

P. Nunquam defugiam auctoritatem: sequere. C. Dii vortant bene.

ACTVS TERTII SCENA I.

ARGVMENTVM.

Assentatur Gnato, assentandi credit Thrasso, seque & facta sua immodicè iactat consuluit item Gnato, ne miles purget se Thaidi ne amore Pamphile, imo potius augeat suspicionem: ita pari relaturum. Senarij.

THRASSO miles. GNATO. PARMENO?

Magnas vero agere gratias Thais mibi?
G. Ingenteis. Th. ain tu, lata est? G. non tam ipso quidem

Dono quam abs te datum esse: id vero seriò triumphat. P. huc prouiso, ut ubi tempus fiet, Deducam, sed eccum militem. T. est isthuc datum Profectò ut grata mibi sint, que facio omnia. G. Aduorti herclè animum. T. vel Rex semper maximas

Mibi agebat, quicquid feceram, alijs non item. G. Labore alieno magnam partam gloriam Verbis sepe in se transmouet qui habet salem, Quod in te est. T. babes. G. rex te ergo in oculis. T. scilicet.

G. Gestire. T. verbum credere omnem exercitum,

Anteà de pinxit parasitū, nunc insulsum & ineptum

Thrasonē describit. Miles gloriosus a facto & deorum dono se laudat. Assentatio mordax tamen.

Scilicet mira laudis affectatio.

Consi-

E V N V C H I

Consilia. G. mirum. T. immo sicubi cum satietas
 Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,
 Requiescere vbi volebat, quasi nosti. G. scio:
 Quasi vbi illam expneret miseriam ex animo. T. te-
 nes,

Tum me conuiuium solum abducebat sibi. G. hui,
 Regem elegantem narras. T. imo sic homo est
 Per paucorum hominum. G. imò nullorum arbitror,
 Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,

Mordere clanculum: ego non flocci pendere:

Illi inuidere miserè: verum vnus tamen

Impensè, elephantis quem Indicis præfecerat:

Is vbi molestus magis est. Queso, inquam Strato?

Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?

G. Pulchrè me herculè dictum, & sapienter, pape,

Iugulatas hominem, quid ille? T. mutus ilico.

G. Quid ni esset? P. Diu nostram fidem hominem per-
 duum,

Miserumq; & illum sacrilegum. T. quid illud Gnato,

Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuium.

Nunquid tibi dixi? G. nunquam, sed narra obsecro.

Plus milles iam audiui. T. vna in conuiuium

Erat hic, quem dico, Rhodius Adolescentulus.

Fortè habui scortum: cæpit ad id illudere:

Et me irridere: quid* ais, inquam, homo impudens?

Lepus ius es, & pulpamentum queris. P. ha ha he.

T. Quid est? G. facete, lepidè, nihil supra.

Tamen obsecro ne hoc dictum erat? vetus credidi.

T. Audieras? G. sepe, & fertur in primis. T. meum
 est.

Amata & re-
 gis & Thra-
 sonis irri-
 tio.

Hyperbole
 f. odio nar-
 rantis.
 Alus legit,
 ais ridicula
 militis ver-
 ba.

G. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.

P. At te Diſ perdant. G. quid ille quaſo? T. perditus.

Riſu omnes qui aderant emoriri: denique

Metuebant omnes iam me. G. non iniuriam:

T. Sed eius tu, purgon' ego me de iſthac Thaidi,

Quod eam me amare ſuſpicatur? G. nil minus:

Imo magis auge ſuſpicionem. T. cur? G. rogas?

Scin' ſi quando illa mentionem Phædriæ

Faciat, aut ſi laudat, te vt malè vrat? T. ſentio.

G. Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam

Continuò: ſi quando illa dicet. Phædriam

Intromittamus commeſſatum: tu Pamphilam

Cantatum prouocemus, ſi laudabit hæc

Illius formam: tu huius contra. denique

Par pari refert, quòd eam mordeat.

Th. Si quidem me amaret, tñ iſthuc prædeſſet Gnato.

G. Quando illud, quod tu das, expectat, atque amat.

Iamdudum amat te: iam dudum illi facile fit

Quod doleat: metuet ſemper, quem ipſa nunc capit

Fruſtum, ne quando iratus tu alio conferas.

Th. Bene dixti, at mihi iſthuc non in mentem venerat.

G. Ridiculum. non enim cogitaras: cæterum

Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo.

Paraſceus
in prima fa-
bula parte,

Alio, locū
pro perſo-
na poſuit.

Quanto, cū
pōdere pro-
nuntiandū.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Parmeno Eunuchum & Actiopiffam, Phædriæ munera, tra-
dit

EVNVCHI

dic Thaidi, & uti iussus erat, verbis ornat. Eidem Thraso, & parrasitus insultant. Senarij.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATO,
PYTHIAS ancilla.

Visa sum,
de omni
sensu dici
potest.

A Vdire vocem visa sum modo militis:
Atque eccum, salve mi Thraso. Thr. o Thais
mea,

Ironia.

Meum sacrum, quid agitur: ecquid nos amas
De medicina isthac? P. quam in venuste? quod dedit
Principium adveniens. Th. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad coenam: quid stas? P. hem alteram.
Ex homine hunc natum dicas. Te. ubi vis non moror.
P. Adibo atque adsimulabo, quasi nunc exeam.
Iturane Thais quopiam es? Th. hem Parmeno,
Bene fecisti. hodie itura. P. quo. Th. quid? hunc non
vides.

Hunc mire
pronomen
inuenit ne
quenquam
laedat.

P. Video, & me tædet: ubi vis, dona adsunt tibi
A. Pbedria. Thr. quid stamus? cur non imus hinc?
P. Queso hercle, ut liceat (pace quod fiat tua)
Dare huic que volumus conveniri, & colloqui.

Thr. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

P. Res indicabit, heus iubete istos foras
Exire, quos iussi, o yus. procede tu hinc.

Commen-
datio à lon-
ginitate
loci.

Ex Aethiopia est usque hac. Thr. hic sunt tres minæ.

G. Vix. P. ubi tu es Dore? accede hinc. hem Eunuchum
tibi.

Quam liberali facie? quam etate integra?

Tha. Ita me dij ament, honestus est. P. quid tu ais
Gnato.

Nunquid habes, quod contempnas? quid tu autem
Thraso?

Tacent:

Tacent: satis laudant. fac periculum in literis,

Fac in palestra, in musicis: quæ liberum

Scire equum est adolescentem solertem dabo.

Thr. Ego illum Eunuchum si sit opus, vel sobrius.

P. Atque hæc qui misit: non sibi soli postulat

Te viuere, & sua causa excludit ceteros:

Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas

Ostentat, neque tibi obstat, quod quidem facit:

Verura ubi molestum non erit, ubi tu voles,

Ubi tempus tibi erit: sat habet si tum recipitur.

Thr. Apparet seruum hunc esse domini pauperis,

Miserique. G. nam hercle nemo posset, sat scio,

Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.

P. Tace, tu, quem ego esse infra infimos omneis puto

Homines. nam qui huic animum assentari induxeris,

E' flamma te petere cibum posse arbitror.

Thr. Iam' ne inuis. Tha. hos potius introducam, & quæ

volo.

Simul imperabo: postea continuè exee.

Thr. Ego binc habeo, tu istanc opperire. P. band con-

uenit

Vnà ire cum amica Imperatorem in via.

Thr. Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

G. Ha ba he. Th. Quid rides? G. isthuc, quod dixti mo-

dò.

Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.

Sed Thais exit. Thr. abi præcurre, ut sint domi

Parata. G. fiat. Thr. diligenter Pythias

Fac cures, si Cbremes huc foris aduenerit.

Ut ores primum ut maneat: si id non commodum est,

Olim his artibus liberi erudiebantur. Honesta eclipsis ob Thai dis præsentiam.

Assentator approbat militis dignum.

Vetus adagium in adulatore

Fiat Eclipsis ethica, qua plus vult, quam verbis signatur.

E V N V C H I

Vos, ad pe-
dissequasre
fertur.

Vt redeat: si id non poterit, ad me adducito;

Py. Ita faciam. Tha. quid aliud volui dicere?

Hem, curare istam diligenter virginem:

*Domi adsitis facite. Tra. eamus. Tha. vos me sequi-
mini.*

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes probatus adolescens amari se à Thaido suspicatur,
quem amorem effugere studet. Senarij.

CHREMES adolescens. PYTHIAS.

Oratio co-
gitabundi,
& futura
multo antè
secum vola-
tantis.

Manerem,
honestius,
quam dor-
mirem,

Profectò quantò magis magisque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum:

Ita me video ab ea astute labefactarier,

Iam tum, cum primùm iussit me ad se accersier.

(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)

Vbi veni, causam, vt vbi manerem, reperit:

Ait rem divinam fecisse, & rem seriam

Velle agere mecum: iam tum erat suspicio.

Dolo malo hæc fieri omnia: ipsa accumbere

Mecum: mihi sese dare: sermonem querere.

Vbi friget, huc euasit, quam pridem pater

Mihi & mater mortui essent: dico, iam diu.

Rus Sunij ecquod habeam, & quàm longè à mari.

Credo ei placere hoc: sperat se à me auellere,

Postremò, ec qua inde parua perisset soror.

Auellere, tã Esquis cum ea vnà: quid habuisset, quum perijt.

quam a per. Esquis eam posset noscere, hæc cur queritei?

tinaciter, Nisi illa fortè, quæ olim perijt parua

possidente. Soror hanc se intendit esse, vt est audacia.

Verùm ea si viuit, annos nata est sedecim,

NON

Non maior: Thais, ego quam sum, maiuscula est.

Misit porro orare, ut venirem serio:

Aut dicat quid vult, aut molesta ne fiet:

Non hercle veniam teruo, heus heus. P. hic quis est?

C. Ego sum Chremes. P. ô capitulum lepidissimum.

C. Dico ego tibi insidias fieri. P. Thais maximo

Te orabat operè, ut cras redires. C. rus eo.

P. fac amabo. C. non possum, inquam. P. at apud nos

hic mane,

Dum redeat ipsa. C. nihil minus. P. cur mi Chremes?

C. Malam in rem abi hinc. P. si isthuc ita est certum

tibi,

Amabo ut illuc transeas, ubi illa est. C. eo.

P. Abi Dorias, cito hunc deduce ad militem.

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Inducit personam cui narraturus est Chærea, quæ intus patrarit. Hoc ideo fit, ut populus percipiat auribus quod honestis oculis subijci nequit, Iambici Tetrametri Catalectici,

ANTIPHONIA adolescens.

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo,

In huic diem ut de symbolis essemus: Chæream
ei rei

Prefecimus, dati anuli: locus, tempus constitutum est:

Præterijt tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est,

Homo ipse nusquam est neque scio, quid dicam, aut
quid coniectem,

Nunc mihi hoc negoti ceteri dedere, illum ut queram,

H

Idq;

Simplex tu
fici respō
sio,

Indignatur
de attracta
tione Phi
thyæ.

Essemus, &
verbo sum.
Plaut. Mi
nore nus
quam bene
fui dispen
dio.

Et sæpe a
lias Chærea
sub eunu
chi habitu
virgine vi
riata vir
cognitus.

EVNVCHI

Idq; adeò visam, si domi est, quisnam hinc à Thaidè exit?

Is est, an non est? ipse est. quid hoc hominis? quis hic ornatus est?

Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque concipere:

Nisi quicquid est, procul hinc licet prius, quid sit, sciscitari.

ACTVS TERTII SCENA V.

ARGVMENTVM.

Chærea foras profiliens, exultat, quòd virgine potitus sit. Quid intus patrarit. narrat fortè obuiò Anthiphoni.

Trochaici & Iambici Tetrametri permisti.

CHÆREA ANTIPHON.

N*unquis hic est? nemo est. nunquis hinc me sequitur? nemo homo est.*

Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iupiter,

Nunc est profectò, interfeci quam perpeti me possum.

Ne hoc gaudium contamineat vita egritudine aliqua.

Sed neminem ne curiosum interuenire nunc mihi,

*Qui me sequatur: * quoquò eam rogitando obtundat, enecet,*

Quid gestiam, aut quid lætus sim, pergans, vnde emergam, vbi siem.

Vestitum hunc nactus: quid mihi quæram: sanus sim, an' ne insaniam?

A. Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo

Chæ

Hæc verba gestum vul tumque indicant ex euntis.

Instabilitatem fortunæ timer.

Exordium patheticum.

Aliàs quiq; iam rogitando.

Occasione obuiæ personæ, quæ turpiter gestæ oboculos poni non licebat

spectatoribus narran

cur.

Charea, quid est quod sic gestis, quidue sibi hic vestitus querit?

Quid est, quod latus sis? quid tibi vis? satin' sanus? quid me

Aspectas? quid taces? C. ó festus dies hominis: amice Salve: nemo est omnium, quem ego magis nunc cuperem, quam te.

A. Narra isthuc, queso, quid fiet. C. imò ego te obsecro hercle, vt audias.

Noſtin' hanc quam amat frater? A. noui, nempe opinor Thaidem.

C. Istam ipsam. A. sic commemoreram. C. quædam hodie est ei dono data

Virgo, quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho.

Cum ipsum memoris, quam elebans formarum spectator siem?

In hac commotus sum. A. ain' tu? C. primã dices scio, si videris.

Quid multa verba? amare cæpi. foriè formam domi Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi,

Neq; is deductus etiam tum ad eam: submouit me Parmeno

Ibi seruus, quod ego arripui. A. quid id est. C. tacitus citius audies.

Vt vestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me illuc ducier.

A. pro Eunuchon' ? C. sic est. A. quid ex ea re tandem vt caperes commodi?

Narratio
qua exponi
tur protasis
secundæ par
tis in fabu
la.

Narratio
flagitij.

Correptis
intercipiēs
narratione

EVNVCHI

Res aman-
ti gratissi-
ma.

C. Rogas? viderem, audirem, essem vna, qua cum cu-
piebam Antipho:

Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum
mulieri.

Illa illico vbi me accepit: leta verò ad se abducit do-
mum,

Commendat virginem. A. cui? tibi ne? C. mihi. A. sa-
tis tuto tamen.

C. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi, ne
abscedam, imperat:

In interiore parte vt maneam solus cum sola, adnuo,
Terram intrens modestè. A. miser. C. ego, inquit, ad
coenam hinc eo:

Abducit secum ancillas, pauca, quæ circum illam es-
sent, manent

Noniciæ puellæ: continuò hæc adornat, vt lauet.

Adhortor properent: dum apparatus, virgo in concla-
ui sedet,

Suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pi-
ctura hæc, Iouem

Quo pacto Danaæ misisse aiunt quondam in gremium
imbrem aureum.

Egomet quoq; id spectare cœpi, & quia consimilem
luserat

Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaude-
bat mihi,

Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas
tegulas

Venisse clauclulum, per impluuium fucurus factum
mulieri.

Occasio à
solitudine.
Tabula de
Ioue, & Da-
mæ digna
lupanari.
Iudum non
scelus dixit
Ioue & sibi
de nequitia
blandiens.

At quē deum? qui tēpla cœli sūma sonitu concutit. Templa, cœ-
lum ipsū
significat.
Ego homuncio hoc non facerem? Ego illud verò ita
feci, ac lubens.

Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatum interea
virgo.

It. lauit, redit: deinde illam in lecto illæ collocant.

Sto expectās, si quid mihi imperent. venit vna, Heus
tu, inquit Dore,

Cape hoc flabellum & ventulum huic sic facito, dum
lauamur,

Vbi nos lauerimus, si voles, lauato, accipio tristis.

An. Tum equidem isthuc os tuum impudens videre ni-
mium vellem,

Qui esset status, flabellum tenere te a sinum tantum.

C. Vix elocuta est hoc. foras simul omnes prouert se, Mos famu-
la petulātis

Abeunt lauatum: perstrepunt, ita vt sit, domini vbi
absunt.

Interea somnus virginem opprimit: ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspe-
cto,

Satin' explorata sint. video esse: pessulum ostio obdo?

A. Quid tum? C. quid tum, fatue? A. fateor. C. an ego
occasionem

Mibi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam in-
speratam Claufo gut-
ture expli-
cata narra-
tio.

Amitterē? tū pol ego is essem verè, qui assimulabar.

An. Saue herclè vt dicis, sed interim de symbolis
quid actum est?

C. Paratum est. A. frugi es. vbi? dominus? C. imo a-
pud libertum Discum.

EVNVCHI

A. Per longè est. *C.* sed tanto ocysus properemus. *A.*
muta vestem.

C. Vbi mutem? perij: nam domo exulo: nunc metuo
fratrem,

Ne intus sit: porro autem, pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me, ibi proximum est, vbi mutes. *C.* re-
tè dicis:

Ad me, id
est, in do-
mū meam.

Eamus, & de isthac simul quo pacto porro possim
Potiri, consilium volo capere vnà tecum. *A.* si at.

ACTVS QVINTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Dorias ancilla hīc narrat in conuiuio militis a quo sit;
Eiusdem rationis.

DORIAS.

Illam, scili-
cet militē
Thrasonē
in finitam
pro finito.

ITA me dū bene ament, quantū ego illum vidi, non
nihil timeo misera,
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim
Thaidi.

Nam postquam aduenit Chremes adolescens frater
virginis,

Militem rogat: vt illum admitti iubeat ille continuo
irasci,

Neque negare audere: Thais porro instare; vt homi-
nem inuitet.

Locus ag-
noscendæ
virginis.

Id faciebat, retinendi illius causa: quia illa quæ cu-
piebat

De sorore eius indicare, ad eam rem tempus nō erat.

Inuitat tristis: mansit ibi: illa cum illo sermonem oc-
cipit.

Miles vero sibi putare addidit *Etum* ante oculos *emul-*
lum,

Voluit facere contra huic *ægrè*: Heus, inquit, puer, *Tédere*, id
Pamphilam est, per uicam

Accerse, ut deleatet hinc nos, illa exclamat, *minimè* *citer* nite-
gentium: batur. Ver-
gil.

In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium: Vasto certa

Interea aurum sibi clam mulier demit: dat mihi, ut *mine* ten-
auferam: dunt,

Hoc est signi, ubi primum poterit, se illi subducet,
scio.

ACTVS QVARTI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Secum cogitans Phædria, quæ sit intercepti amoris passu-
sus incommoda, si totum biduum ruri manserit, vincente a-
more in urbem redit. Senarij.

PHÆDRIA.

DVM rus eo, cœpi egomet mecum inter vias
(ita ut sit, ubi quid in animo est molestiæ)

Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in

Peiorem partem. quid opus verbis: dum hæc puto,

Præterij imprudens villam: longe iam abieram:

Cùm sensi, redeo rursum, malè verò me habens:

Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constitui:

O cœpi mecum cogitare: hem biduum hic

Manendum est soli sine illa? quid tum postea?

Nihil est. quid? nihil: si non tangendi copia est,

Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet.

Saltem hoc licebit: certè extrema linea

Tempus pò-
stulet Phæ-
driæ reditū
ubi acta sūt
omnia quæ
illius absen-
tiam deside-
rabant.

Quinque
amoris li-
næ, visus,
colloquiū,
tactus, oscu-
la, concubi-
tus.

EUNUCHI

*Amare, haud nihil est, villam prætereosciens.
Sed quid hoc est, quod timida subito egreditur Py-
thias?*

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Pamphilam ab Eunucho vitiatam magnopere quæritur Py-
thias, miratur Phædria: atque ita ex illis quærela, & illius er-
rore, multum delectationis spectator capit.

Iambici, Tetrametri, misti Trochaici. Senarius vnus atq; alter
Dimeter vnus.

PYTHIAS. DORIAS. PHAEDRIA.

Suprà ipse
Chærea nar-
rauit suum
factum, hic
in personas
spargitur,
& idem fa-
ctum narra-
tur dissimi-
li figura o-
rationis.
Hic videas
quanta sit
poëtæ co-
pia.
Phædriæ in-
sonitum crimē
imputat.
Eunuchum
quem, an-
tiptofis

Vbi ego illum scelerosum misera atque impium
inueniam? aut ubi quæram?

Hocine tam audax facinus facere esse ausum? Ph.
perij hoc quid sit, vereor.

Py. Quin etiam insuper, scelus, postquam ludificatus
est virginem,

Vestem omnem miserę discidit: tum ipsam capillo con-
scidit. Ph. hem. Py. qui nunc. si detur mihi.

Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolē venefico?

Ph. Nescio quid profectò absente nobis turbatum est
domi

Adibo. quid isthuc? quid festinas? aut quem quæris
Pythia?

Py. Hem Phædria. egon' quem quæram? abi hinc quò
dignus es

Cum donis tuis tam lepidis. Ph. quid isthuc est rei?

Py. Regas me? eunuchum quem dedisti nobis, quas
urbas dedisti?

Virginē, quā hāere dederat dono miles, vitiauit. Ph.
quid ais?

Py. Perij. Ph. temulenta es. Py. vtinam sic sint, qui
mibi malè volunt.

D. Hau obsecro mea Pythias, quid isthuc nam men-
stri fuit?

Ph. insanis: qui isthuc facere Eunuchus potuit? Py.
ego illum nescio

Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipsa indicat.

Virgo ipsa lachrumat: neque cum rogitas, quid sit au-
det dicere

Ille autē bonus vir nusquam apparet, etiam hoc mi-
sera suspicor,

Aliquid domo abeuntem abstulisse. Ph. nequeo mira-
ri satis.

Quo ille abire ignauus possit longius, nisi si domum
Fortè ad nos redierit. Py. vise, amabo, num sit. Ph.
iam faxo scias.

Dò. Perij. obsecro tam infandum facinus mea tu, ne
audiui quidem.

Py. At pol ego amatores audieram esse mulierum
eos maximos:

Sed nihil * posse. verum miserę non in mentem ve-
nerat:

Nam illum aliquo conclusam: neque illi commisißeram
virginem.

Argumen-
tis factum
ostēdit: om-
nes suspi-
ciones ad
Eunuchum
reuocat.
Ironicos.

* Priscia-
nus legit
potesse.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Hic ridiculo quodam & periucundo errore spectatores

EVNUCHI

oblectantur. Phædria enim credit Eunuchum queri, quem dono Thaidi dederat, & tunc iratus adoritur, ut virginis strupatorem: signis tandem & argumentis competit à Chærea fratre perpetratum scelus. Iambici Senarij, præterea Trochajci, Tetrametri, Catalectici.

PHÆDRIA. DORVS ^{eunuchus}
PYTHIAS. DORIAS.

EXi foras sceleste, ac etiam restitas?
Fugitiue prodi, malè conciliate. D. obsecro.

Ph. oh,

Illud vide, os ut sibi distorsit carnis fex,
Quid hūc reditio est? quid vestis mutatio est?
Quid narras? paululum si cessassem Pythia,
Domi non offendiſsem: ita iam ornabat fugam.

Py. Habes ne hominem amabo? Ph. quid mi? Py. ô, factum bene.

Do. Isti huc pol. verò bene. Py. ubi est? Ph. rogitas? non vides?

Py. Videam obsecro? quem? Ph. hunc scilicet. Py. quis hic est homo?

Ph. Qui ad vos deductus hodie est. Py. hūc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.

Ph. non vidi? Py. an tu hunc credidisti esse obsecro, Ad nos deductū?

Ph. nāq; aliū habui neminē. Py. hanc Ne comparandus hic quidem ad illum est: ille erat Honesta facie & liberali. Ph. ita visus est

Dudum, quia varia veste exornatus fuit. Nunc eò tibi videtur fædus, quia illam non habet.

Py. Tace, obsecro: quasi verò paululum inter siet. Ad nos deductus hodie est adolescentulus,

Quem tu verò videre velles, Phædria.

Ut narratio, & longior fiat, & magis ridicula, per gij in personas spargere.

Error v. erinq; Phædriæ scilicet, & Pythiæ. Non est. nunquam quisquā, id est nullæ ex nobis.

Elegans Chærea descriptio ab ignota.

Hic est vetus, vietus, veterosus, senex,
 Colore mustellino. Ph. hem, quæ hæc est fabula?
 Ed redigis me, vt quid egerim, egomet nesciam.
 Eho tu, emin' ego te? Do. emisti. Py. iube mihi denuò
 Respõdeat. Ph. roga. Py. venisti hodie ad nos? negat.
 At ille alter venit, annos natus sedecim,
 Quem secum adduxit Parmeno. Ph. agedum hoc mi-
 hi expedi

Eunuchi de
 formis de
 scriptio.

Primum: istam quam habes, vnde habes vestẽ? taces?
 Monstrum hominis: non diceturus? Do. venit Cherea.
 Ph. Frater ne? Do. ita. Ph. quando? Do. hodie. Ph. quẽ
 dudum? Do. modò.

Oblique in
 terrogatio
 nes, quibus
 testimonia
 deriuare ni
 titur.

Ph. Quicum? Do. cum Parmenone. Ph. noras ne eum
 prius?

Do. Non: nec qui esset, nunquam audieram dicier.

Ph. Vnde igitur fratrem meum esse sciebas? Do. Par-
 meno.

Dicebat eũ esse: is dedit hanc vestem mihi. Ph. occidi.
 Do. Meam ipse induit: post vnà ambo abierunt foras.
 Py. Iam satis credis sobriam esse me, & nihil menti-
 tam tibi?

Eunuchus
 rē aperit.

Iam satis certum est, virginem vitiatam esse? Ph. a-
 ge nunc bellua,

Credis huic, quid dicat? Py. quid isti credam? res ipse
 indicat.

Sic inter-
 rogat vt ea
 negari vel
 let.

Ph. Concede isthuc paululum, audin' etiam nunc pau-
 lulum, sat est.

Dic dum hoc rursus, Cherean tuam vestem detra-
 xit tibi?

Do. Factum. Ph. & ea est indutus? Do. factum. Ph.

& pro-

VNVCHI

Et pro te huc deductus est? Do. ita.

Exclamatio bifaria accipienda

Ph. Iupiter magne, ô scelestum, atque audacem hominem. Py. vix mihi.

Etiam nunc credis indignis nos esse irrisas modis?

Ph. Mirum, ni tu credas, quod iste dicat. quid agam nescio.

Heus tu, negato rursus possumus ne ego hodie ex te exculpere.

Verum? vidistin' fratrem Chæream? Do. non. Ph. non potest

Sine malo fateri, video: sequere hac: modo ait, modo negat.

Ora me. Do. obsecro te verò Phædria. Ph. I, intro. Do. hoi, hei.

Ph. Alio pacto honestè quomodo hinc habeã nescio. Actum est si quidem tu me hic etiam nebulo ludificaberis?

Py. Parmenoni: tam scio esse hanc technam, quam me vivere.

Do. Sic est. Py. inueniam pol hodie, parem vbi referã gratiam.

Sed nunc quid faciendum censes Dorias? Do. de isthac rogas

Virgine? Ph. ita, verum taceam ne, an prædicem? Do. tu pol si sapis,

Quod tu scis, nescis: neque de Ennucho, neque de vitio virginis.

Hac re et omni te turba evolues, et illi gratiã feceris. Id modo dicabisse Dorum. Py. ita faciam. Do. sed videon' Chremem?

Amplificatio & dilatio quæstionis. Deploratio.

Sanum cõsiliu. Oeconomia ad futurum fabule exitum.

Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia cum inde a-
beo, iam tum inceperat

Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc: ego scibo ex
hoc quid fiet.

ACTVS QVARTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

A cœna militis vilis famigrauis egreditur Chremes adoles-
cens: in cuius persona Terentius exprimit egregiè temulen-
torum consuetudinem, qui priorum memores, in præsentibus
titubant. Iambici Octonarij Acatalectici.

CHREMES. PYTHIAS.

A *T at, datâ hercle verba mihi sunt: viciit vinum* At at, inter-
iectio est
quid tibi. paulatim

Ac dum accubabâ, quàm videbar mihi esse pulchrè perceptima
sobrius. li. Temulé

Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum ta cõditio,
officium facit.

P. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, vah quantò nunc
formosior

Videre mihi, quàm dudum. C. certè tu quidem pol-
lantiò hilarior.

C. Verbum herclè hoc verum est: SINE CERERE
ET LIBERO FRIGET VENVS.

Sed Thais multo ante venit? P. an' ne abiit iam à Dudum id
militè? est, paulò

C. Iam dudum etatem: lites sunt inter eos facta maxu- Iam dudum
mè, ætatem, id

P. Nihil dixit tum, vt sequere sese? C. nihil, nisi abiēs est longo
mibi innuit. tempore.

P. Eho, non' ne id sat erat? C. at nesciebam id dicere
illam

EVNVCHI

*illam, nisi quia
Correxit miles, quod intellexi minus, nam me extru-
sit foras.
Sed eccam ipsam miror vbi ego huic anteverterim.*

ACTVS QVARTI SCENA VI. ARGVMENTVM.

Colloquuntur Thais & Chremes contra militem se mu-
niunt, quem venturum putent, vt virginem eripiat. Timidior
hic Chremes inducitur, quam Thais. Octonarij. Miscuit au-
tem more suo Trochaicos Iambicis. Est & dimeter vnus.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

Credo equidem illum iam affuturum esse. vt il-
lam à me eripiat: sine vt

*Veniet: qui si illam digito attigerit vno, oculi illico
effodientur.*

*Vsque adeò ego illius ferre possum ineptias, & ma-
gnifica verba,*

*Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur,
vapulabit.*

C. Thais, iam dudum hinc adsum. **T.** ô mi Chreme, te
ipsum * expectabam:

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeò
ad te attinere hanc

Omne rem? **C.** ad me? qui? quasi isthuc. **T.** quia dum
tibi sororem studeo

Reddere, & restituere, hæc atque huiusmodi sum mul-
ta passa.

C. Vbi est? **T.** domi apud me **C.** hem. **T.** quid est?

Educta ita, vti toque illaque dignum est. **C.** quid ais?

T. id quod res est.

Simplex
omnino
Chremes
inducitur.

Parasceue
eius motus,
quem mi-
les excita-
bit oppug-
naturus æ-
des.

Aliàs expe-
ctato.
Vt rusticus
pudens &
timidus tur-
batus est
his verbis.

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretij.

C. Et habetur, & refertur à me Thais, ita uti merita es gratia.

T. At enim caue, ne prius, quam hanc à me recipias, amittas Chreme.

Nam hæc ea est, quã miles à me vi nunc ereptũ venit.

Abi, tu cistellam Pythia domo effer cũ monumentis.

C. Viden tu illum Thais? P. ubi si ita est? T. in risco, odiosa cessas?

C. Militem secum ad te quantas copias adducere?

At at. T. num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis,

Ego formidolosus? nemo est hominũ qui viuat minus.

T. Atque ita opusest. C. hau metuo qualem tu me esse hominem existimes.

T. Imò hoc cogitato, qui cum res tibi est, peregrinus est,

Minus potens, quàm tu, minus notus, amicorum hinc habens minus.

C. Scio isthuc. SED TV QVOD caueve possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quam hunc vlcisci accepta iniuria.

Tu abi, atq; ostium observa intus, ego dum hinc transcurro ad forum:

Volo ego adesse hinc aduocatos nobis in turba hac. Th. Mane.

C. Melius est. T. mane. C. omitte iam adero. T. nihil opus est istis Chreme.

Beneficium exhibet nõ pretio secũ agit, Ad bẽlum futurũ animat. Monumenta sunt, quæ inepti instrumenta vocant.

Timoris indicium Apagesis, verbum comicam siue aduerbium Græcum, id est, rede.

Facilem victoriã proponit. Fugienti occasionem quærit.

EUNUCHI

Hoc dic modò: sororem illam tuã esse, & te parviam virginem

Amisisse, nunc cognosce: signa ostende. P. adsunt. T. cape:

Nam violento civiliter resisti solet.

Si vim faciet, in ius ducito hominem, intellexit? C. probè.

T. Fac animo hæc presenti dicas. C. faciam. T. atolle pallium.

Perij huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro.

ACTVS QVARTI SCENA VII. ARGVMENTVM.

Inepti militis vanitatem optimè hic exprimit Terentius, cum Eurenti similis ad amicam, tanquam ad hostilem pergit exercitum. Tetrametri, partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.

Epitasis prioris partis in fabula. Est autem per ridicula. Thrasone digna. Gnato ad omnia absentatur. Priscianus, cum vecti legit. Aliàs istum, Ridende hæc Sanga dicit.

THRASO. GNATO. SANGA seruus Thrasonis. CHREMES. THAIS.

Hancine ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam Gnato?

Mori me satius est Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.

Primum e deis expugnabo. G. rectè. Thr: virginem eripiam. G. probè.

Thr. Malè mulctabo ipsam. G. pulchre. Thr. in mediũ. hũc agmen cum vecti Donax.

Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrũ.

Cedò alios: vbi centurio est Sanga, & manipulus futurum? S. Eccum adest.

Thr. Quid ignave? peniculone pugnare, qui isthuc hũc

hinc portas, cogitas?

S. Ego' ne? imperatoris virtutem noueram, & vim militum:

Sine sanguine hoc fieri non posse, qui abstergerem vulnera.

Thr. Vbi alij? S. qui malum, alij? solus Samnio seruat domum.

Thr. Instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

G. Illuc est sapere: vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco.

Thr. Idem hocce Pyrrhus factisauit. Ch. vides tu Thais quam hic rem agit?

Accerbè militè irridet.

Nimirū: consiliū illud rectū est de occludendis adibus.

Th. Sanè quid tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est.

Timorem militis notat.

Ne metuas. Thr. quid videtur? Gn. fundam tibi nunc nimis vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.

Thr. Sed eccam Thaidem ipsam video. G. quàm mox irruimus. Thr. mane.

CONSILIO OMNIA PRIUS EX-

PERIRI, quàm armis, sapientem decet.

Impudens

Qui scis, an quæ iubeam, sine vi faciat? G. dij vostram fidem,

assentatio.

Quanti est sapere? nunquam accedo, quin abs te abeã doctior.

Thr. Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi do istam virginem,

Per contēp-
tum sic re-
spondet.

*Dixtin' mibi hos dies soli dare te? Tha. quid tumpo-
sted. Thr. rogitas?*

Quæ mibi ante oculos amatorem corā adduxisti tuū?

*Tha. Quid cum illo agas? Thr. & cum eo clam sub-
duxisti te mibi?*

Libuit, su-
perbum &
meretriciū
verbum.

*Tha. Libuit. Thr. Pamphilam ergò huc redde, nisi vi-
manis eripi.*

*C. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas, omnium. G.
ah quid ais? tace.*

*C. Quid tu tibi vis? Thr. ego non tangam meam? C.
tuam autem furcifer?*

*G. Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro. C. non
hinc tu abis?*

Hæc prono-
mina mul-
tum signifi-
cantia ha-
bent.

*Scin' tu, ut tibi res sese habeat? si quidquam hodie
hic turba cæperis,*

Faciã, ut huius loci, dieiq., meiq. semper memineras.

Vehemens
meticulofi
commina-
tio.

*G. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias
inimicum tibi.*

*C. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. G. ain'
verò canis?*

Conuítium
in impudē-
tes.

*Siccine agis? Thr. quis tu homo es? quid tibi vis? quid
cum illa rei tibi est?*

C. Scibis: principio eam esse dico liberam. Thr. hem.

C. ciuem Atticam. Thr. hui.

*C. Meam sororem. Thr. os durum. C. miles, nunc adeò
edico tibi,*

*Ne vim facias vllã in illã. Thais, ego eo ad Sophronã
Nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam hæc.*

Thr. tuū me prohibeas.

Meam ne tangam. C. prohibeo inquam. G. audin' tu?

hic

hic furti se alligat.

C. Satin' hoc est tibi? Thr. idem hoc tu ais Thais? Tha. quere, qui respondeat.

Thr. Quid nunc agimus? G. quin redeamus: iam hæc tibi aderit supplicans

Ultrò. Chr. credin? G. imò certè: noui ingenium mulierum.

Nolunt, vbi velis, vbi nolis, cupiunt ultrò. Thr. bene putas.

C. Iam dimitto exercitum? Thr. vbi vis. G. Sanga, ita vti fortes decet

Milites, domiq; fociq; fac vicissim vt memineras.

S. Iam dudum est annus in pavnis. G. fruges. Thr. vos me hac sequimini.

Lenius hoc dicit ne miles audiat.

Metalepticos furtum pro omni fraude & dolo accipitur.

Vide vani impetus quem exitum fumant.

Mulierum conditio.

ACTVS QVINTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Ex Pythia ancilla Thais à Chærea vitiatam cognoscit Pamphilam. Senarij.

THAIS. PYTHIAS.

P Ergin' scelestæ mecum perplexè loqui?

Scio, nescio: abiit: audui: ego non adfui.

Non tu isthuc mihi dictura aperte es, quidquid est?

Virgo conscissa veste lacrimans obtinet,

Eunuchus abiit: quamobrem? quid factum est taces?

P. Quid tibi ego dicam misera? illum Eunuchum negant

Fuisse. T. Quis fuit igitur? P. iste Chærea.

T. Qui Chærea? P. iste ephebus frater Phædræ.

T. Quid ais venefica? P. at qui ceriò comperi.

T. Quid is obsecro ad nos? aut quamobrem adductus est? P. nescio.

Epitasis posterioris partis in fabulæ depræhenso Chærea.

Venefica, conuitium comicum in ancillas.

Obsecro, dolens est, non negantis.

E V N V C H I

*Nisi amasse credo Pamphilam. T. hem misera occidi:
Infelix, si quidem tu ista vera prædicas.*

*Num id lacrumat virgo? P. id opinor. T. quid ais
sacrilega?*

Blandè & Isthuccine interminata sum hinc abiens tibi?

puellariter P. Quid facerem? ita ut tu iusti: soli credita est?

T. Scelestæ, quem lupo commisisti disputet

Sic mihi data esse verba. quid illic hominis est?

P. Hera mea tace, tace obsecro, saluè sumus:

*Habemus hominem ipsum. T. ubi is est? P. hem ad
sinistram, vides*

Ne? T. video. P. comprehendi iube, quantum potest.

*T. Quid * illi faciemus stulta? P. quid faciam rogas?*

Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens

Videtur. T. non est. P. tum quæ eius confidentia est.

**Prisc. le-
git.*

*Quid illo
facie.*

Hic causam **ACTVS QVINTI SCENA II.** redit Chæ- **ARGVMENTVM.**

*rea cur nõ Thais cum Chærea contendit ob vitiatam Pamphilam, dein
mutauerit de condonat noxam petenti vxorem, quam vitiauerat.
vestem. Senarij.*

CHÆREA. THAIS. PYTHIAS.

*Crimen ex
tiuatur. Primus me
tus ædimit
cõfiliũ, re
cogitatio
vero reddit
cõfidentiã.
Aliàs, habi
turum.*

A *Pud Antiphonem vterque, mater, & pater,
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo*

Introire possem, quin viderent: me interim

Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam

Venit, ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,

In angiportum quoddam desertum: inde item

In aliud, inde in aliud? ita miserrimus

Fui fugitando, ne quis me cognosceret?

Sed est ne Thais, quam video: ipsa est: hæreo?

*Crimen ex
tenuat.*

Ab, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?

T. Adeamus. bone vir Dore, salve. dic mihi,

Aufugisti n? C. heras, factum. T. satin' id tibi placet?

C. Non. T. credin' te impune abiturum? C. vnam

hanc noxiam

Mitte: si aliam vnquam admisero vllam, occidito.

T. Nū meā sequitiam veritus es? C. non. T. quid igitur?

Ch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.

T. Quid feceras? C. paululum quiddam. P. eho, pau-

lulum impudens?

An paululum hoc esse tibi videtur. virginem

Vitiare ciuem? C. conseruam esse credidi.

P. Conseruam? vix me contineo, quin inuolem in
Capillum monstrum, etiam vltro derisum aduenit.

T. Abi hinc insana. P. quid ita vero? * debeam

Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim:

Præsertim cum se seruum fateatur tuum?

T. Missa hæc faciamus. non te dignum, Chærea,

Fecisti: nam si ego digna hac contumelia

Sum maximè, at tu indignus, qui faceres tamen.

Neque edepol, quid nunc consilij capiam scio

De virgine isthac: ita conturbasti mihi

Rationes omnes, vt eam non possim suis.

Ita vt æquum fuerat, atque vt studui, tradere,

Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.

C. At nunc de hinc spero æternam inter nos gratiam

Fore Thais, sæpe ex eiusmodi re quapiam, &

EX MALO PRINCIPIO magna familiaritas

Conflata est. quid si hoc quispiam voluit Deus?

T. Equidem pol in eam partem accipioq; & volo.

Opportu-
no stoma-
chatur quia
non fugit.

Artificiofa
meretricis
accusatio.
Aperit viã
futuris nup-
tjis nam re-
cedit à io-
cularibus ad
seria.

Placatur
Thais, estq;
parascæue
catastro-
phes.

EVNVCHI

C. Imò ita quaeso. vnum hoc scito, contumelia
 Non me fecisse causa, sed amoris. T. scio.
 Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
 Non adedò inhumano ingenio sum Cherea,
 Neq; tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam.

C. Te quoq; iam Thais, ita me dij ameni, amo.

P. Tam pol tibi ab isthoc hera cauendum intel ligo.

C. Non ausim. P. nil tibi quicquam credo. T. desinas,

C. Ego me tuae commendo, & committo fidei.

Nunc ego te in hac re mihi oro, vt adiurix sies:

Te mihi patronam cupio, Thais, te obsecro:

Emoriar, si non hanc vxorem duxero.

T. Tamen si pater. C. quid? ab. volet, ceriò scio,

Cuius modò hec sit. T. paululum operirier

Si vis, iam frater ipse hinc aderit virginis:

Nutricem accersitum ijt, quæ illam aluit paruolam.

In cognoscendo tute ipse aderis Cherea.

C. Ego verò maneo. T. visne intereà, dum is venit,

Domi operiamur potius, quam hinc ante ostium:

C. Imò percupio. P. quam tu rem actura obsecro es?

T. Nam quid ita? P. rogitas? hunc tu in ædis cogitas

Recipere post hac? T. cur non? P. crede hoc mee fidei,

Dabit hic aliquam pugnam denuo. T. au, tace obsecro.

P. Parum perspexisse eius videre audaciam.

C. Non faciam Pythias. P. non pol, credo Charea.

Nisi commissum non erit. C. quin Pythias

Tu me seruato. P. neque pol seruandum tibi

Quidquam dare ausim: neque te seruare. apage te.

T. Adest optimè ipse frater. C. perij herclè: obsecro

Abeamus intrò Thais, nolo me in via

Commēdo
 me notiscō
 mitto igno
 tis.

Si pater, e-
 clipfis, aut
 aposiopetis
 secunda.

Percupio a
 matoriè di
 ctum.
 Meæ fidei,
 puellariter.

Interroga-
 tio increpa
 toria,

Cum

Cum hac veste videat. T. quamobrem tadem? an quia pudet?

C. Id ipsum. P. id ipsum? virgo vero? T. i, prę, sequor. Tu isthic mane, vt Chremem introducas Pythias.

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Pythias secum cogitat quo dolo Parmenonem vlcisci possit.

Senarij omnes.

PYTHIAS. CHRÆMES. SOPHRONA
nutrix.

Quid? quid venire in mentem nunc possit mihi?

Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,

Qui hunc supposuit nobis? C. moue vero ocyus

Te nutrix. S. moueo. C. video, sed nihil promoues.

P. Iam ne ostendisti signa nutrici? C. omnia.

P. Amabo, quid ait? cognoscit ne? C. ac memoriter.

P. Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini.

Ita intro: iam dudum hera expectat domi.

Virum bonum eccum Parmenonem incedere

Video: vide vt otiosus sit, si dijs placet.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.

Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:

Post exhibe, atq; hunc perterrebo sacrilegum.

Vt p̄oli-
xior esset ri-
sus, spargi-
tur catastro-
phe in alias
personas, &
terretur ser-
uulus Par-
meno.
Memoriter
plus intulit
quam roga-
batur.
Ironicos.
Vindictam
expetit.
Minæ fœ-
mineæ.

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Gloriatur Parmeno, quòd Chæream pro Eunuchò ad Thai-
dem deduxerit: meretricum fordes commemorat; quam rem
iniquo fert animo Pythias,

Senarij.

PARMENO. PYTHIAS.

VEVNCHI

R Euiso, quidnam Cherea hinc verum gerat,
 Quòd si astu rem tractavit, diu vostram fidem,
 Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno!
 Nam vt omittam, quòd ei amorem difficillimū, &
 Carissimum ab meretrice auara: virginem
 Quam amabat, eam confeci sine molestia,
 Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum,
 Id verò est quod ego mihi puto palmarium,
 Me reperisse, quo modo adolescentulus
 Meretricum ingenia & mores posset noscere,
 Mature vt cum cognovit, perpetuò oderit.
 Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
 Nec magis compositum quidnam, nec magis elegans:
 Quæ cum amatore suo, cum cœnant, liguriunt.
 Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam,
 Quàm inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ tibi,
 Quo pacto ex iure exsterno panem atrum vorant:
 Nosse omnia hæc salus est adolescentulis.
 Py. Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
 Vlciscar: vt ne impune in nos illuseris.

ACTVS QVINTI SCENA V. ARGVMENTVM.

Parmenonem terret Pythias confingens intus colligatum
 à Chremete Chæream, propter oblatum Pamphile vitium.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

PYTHIAS. PARMENO.

P Rò fidem deum, facinus fœdum: ô infœlicem
 adolescentulum:
 O scelestum Parmenonem, qui istum hinc adduxit.
 Pa. quid est?

Palmariū,
 id est, pal-
 ma dignū,
 Meretricū
 mores.

Miro poë-
 tæ artificio
 Pythias nō
 dum placa-
 tur.

Singula pa-
 uido & atto-
 nito vultu
 proferenda.

Py. Miseret me : itaque vt ne viderem , misera hinc
effugi foras.

Qua futura exempla dicunt in eum indigna? Par. o

Inpiter. Quae illaec turba est? num nam ego perij? adhibo, quid
isthuc Pythias?

Quid ais? in quem exempla fient? Py. rogitas auda-
cissime?

Perdidisti, istum quem adduxi pro Eunuchis, adole-
scentulum,

Dum studes dare verba nobis. Par. quid ais? aut quid
factum est? cedo.

Py. Dicam: virginem istam. Thaidi hodie quae dono
data est,

Scin' eam hinc ciuem esse? & eius fratrem adprimè
nobilem?

Par Nescio. Py. at qui sic inuenta est : eam iste vitia-
uit miser.

Ille vbi rescivit factum frater violentissimus.

Pa. Quidnam fecit? Py. colligauit primum eum mi-
seris modis. Pa. hem,

Colligauit. Py. atque equidem orante, vt ne id face-
ret Thaide.

Par. Quid ais? Py. nunc minatur, porro sese, id quod
mæchis solet:

Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. Pa. qua
audacia.

Tantum facinus audet? Py. quid ita tantum? Pa. an
non hoc maximum est?

Quis homo pro mæcho vnquam vidit in demo

Graves pœ-
ne, exēpla
dicuntur.

Hoc totum
terribiliter
& eum gef-
tusceminio
Auxesis est
virginē, ci-
uē nobilē

Miser hoc
Parthenoni
errora incū-
titati in

Repetitio
verbi pra-
timere &
ira.

Quod mo-
ech. amputa-
re scilicet
virilia. Ne-
scio, astute
dicitur.

E V N V C H I

meretricia.

Deprehendi quenquam? Py. nescio. Pa. at ne hoc nesciatis Pythias,

Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filium.

Py. hem.

Obsecro an is est? Pa. ne quam in illum Thais vim fieri sinat:

Atque adeò autem cur non egomet intro eò? Py. vide Parmeno

Quid agas, ne neque illi profis, & tu pereas nam hoc putant,

Quicquid factum est, ex te esse ortum. Pa. quid igitur faciam miser?

Quidue incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem.

Dicam huic, an non? dicam herclè, etsi mihi magnè malum

Scio paratum: sed necesse est, huic vt subueniat. Py. sapis.

Ego ab eo intrò: tu isti narrato omnem rem ordine, vt factum fiet.

ACTVS QVINTI SCENA VI.

ARGVMENTVM.

A villa otioso & quieto redit ad urbem animo hic senex; neque enim mores suorum clamat: neque mali quippiam suspicatur: sed rusculo suo gratias agit, cuius beneficio ignorat, quid in vrbe agant filij: quorum amores & facta nunc demum cognoscit ex Parmenone. Senarij.

L A C H E S.

P A R M E N O.

Ex

Ornata & familiaris locutio.

Hoc fit, vt nuptiæ conficiamur se ne interueniente.

Sapis ironice irrisorie.

EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
 Neque agri, neque vr̄bis odium vnquam me per
 cipit,

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.

Sed est' ne ille noster Parmeno? A. certè ipsus est.

Quem prestolare Parmeno hîc ante ostium?

P. Quis homo est? ebem, saluum te aduenire here gau-
 deo.

L. Quē prestolare? P. Perij, lingua heret metū L. hē,

Quid est, quod trepidas? satisne salua? dic mihi.

P. Here, primum te arbitrari id quod res est, velim:

Quidquid huius factum est culpa non factum est mea.

L. Quid? P. rectè sanè interrogasti, oportuit

Rem prænarrasse me. Emit quendam Phœdria

Eunuchum, quem dono huic daret. L. cui? P. Thaidi,

L. Emit? Pery herclè quanti? P. viginti minis.

L. Actum est. P. tum quantum fidicinam amat hic
 Chærea.

L. Hem quid? amat? an scit iam ille, quid meretricis
 sciet?

An in astu venit? aliud ex alio malum?

P. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.

L. Omitte de te dicere: ego furcifer,

Si viuo, sed isthuc quidquid est primum expedi.

P. Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus est.

L. Pro Eunuchone? P. sic est: hunc pro mecho postea,

Cemprehendere intus, & constrinxere. L. occidi.

P. Audaciam meretricum specta. L. nunquid est

Aliud mali damni ve, quod non dixeris,

Reliquum? P. tantū est. L. cesso hîc intro irrumpere?

P. Non

Energia se-
 nilis elo-
 quij Parme-
 no sefe te-
 mere pro-
 dit.

Expurgatio
 criminis tā
 quam obj-
 ciatur.

Hic perlo-
 ra cœpit
 tate inde
 cap. 100
 Asum est,
 desperan-
 tis.

Prouerbiū.

Pulchra a-
 posiopefis,
 scilicet vl-
 ciscar

EVNVCHI

*P. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit
malum,*

Nisi, quia necesse fuit hoc facere: id gaudeo,

Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:

Nam iamdiu aliquam causam querebat senex,

Quamobrem insigne, aliquid faceret: is nunc reperit.

ACTVS QVINTI SCENA VII.

ARGVMENTVM.

*Pythias egrediens irridet Parmenonem plus satis credulū
simul populum docet, quid intus egerit senex.*

Iambici Octonarij Catalectici.

PYTHIAS. PARMENO.

N *Unquam adepol quicquam iamdiu quod magis
vellem euenire,*

*Mihi euenit, quàm quòd modo senex intrò ad nos ve-
nit errans.*

Mibi solè ridiculo fuit, quæ quid timeret, sciebam.

*Pa. Quid hoc autem est? Py. nunc id prodeò, vt con-
ueniam Parmenonem.*

*Sed vbi obsecro est? Pa. me' ne quærit hæc? Py. atque
eccum video: adibo.*

*Par. Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? per-
gin'? Py. perij.*

*Defessa iam sum misera te ridendo. Par. quid ita?
Py. rogitas?*

*Nunquam adepol hominem stultiorem vidi, nec vi-
debo, ha,*

*Non possum satis narrare, quos ludos præbueris in-
tūs.*

*Ac etiam primo callidum, & disertum credidi ho-
minem.*

Pa.

Pa. Quid? Py. illic ò ne credere ea, quæ dixi, oportuit te?

*An pœnitebat flagitiÿ: te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserũ insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, vbi vestem
vidit.*

*Illam esse eum indatum pater? quid est? iam scis te
perisse.*

Obiurgatio
de leuitate
credendi,

*Pa. Hem, quid dixi pessuma? an mentita es? etiam
rides?*

Ita? ne lepidum tibi visum est scelus, nos irridere?

Py. nimium.

Pa. Siquidem isthuc impunè habueris. Py. verum?

Pa. reddam herclè. Py. credo:

Sed in diẽ isthuc Parmeno est fortasse, quod minitare:

*Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobi-
litas.*

Lepidum
scelus, irri-
fionem in-
telligit.

*Flagitiÿs, & eundem indicas: veterque in te exempla
edent.*

*Par. Nullus sum. Py. hic pro illo munere tibi honos
est habitus: abeo.*

*Par. Egomet meo iudicio miser, quasi forex, hodie
periÿ.*

ACTVS QVINTI SCENA VI. ARGVMENTVM.

Statuit miles vltro se dedere Thaidi, Herculis exemplo,
qui Omphalæ seruiuit in lanificio, pro claua & leonis tegmi-
de, acceptis ab ea calatho & colu.

Trochaici.

GNATO. THRASO.

Quid

EVNVCHI

Quid nunc qua spe, aut quo consilio huc imus?
quid cœptas Thraso?

Th. egone? ut Thaidi me dederam, & faciam, quod iubeat. *Gn.* quid est?

Th. Qui minus quam Hercules servivi, Omphale? *Gn.* exemplum placet.

Vt vitam tibi committigari videam sandalio caput.

Sed fores crepuere ab ea, per ij. T. quid autem hoc est mali?

Hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnam properans profilit.

ACTVS QVINTI SCENA IX. ARGVMENTVM.

Qui aliàs gaudebat à se vitiatam puellam Chærea. eandem quòd permittu sit parentis habiturus vxorem, nunc exultat. Et in parte n amoris recipitur à Thaide miles Thraso.

Tetrametri partim iambici Acatalectici, partim Trochajici Catalectici.

CHREMES. PARMENO. PHAEDRIA.
GNATO. THRASO.

Populares qui estis de populo, vel quibus populus fauet. Mira auxesis meam amatorie dixit.

O Populares, ecquis me vivit hodie fortunatior?
Nemo herclè quisquam, nam in me plane dij potestatem suam

Omniem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

Pa. Quid hic lectus est? *C.* ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium.

Sponsa, participiū est. *Inventor, inceptor, perfector. scisne, in quibus sim gaudij?*

Scis Pamphilam meam inventam civem? Pa. audiui. C. scis sponsam mihi?

Pa. Bene ita me dii ament factum. G. audin' tu illum
quid ait? C. tum autem Phedria,
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo
vna est domus:

Thais patri se commendavit, in clientelam & fidem
Nobis dedit se. Par. fratris igitur Thais tota est? C.
scilicet.

Pa. Iam hoc aliud est, quod gaudeamus: miles pelli-
tur foras.

C. Tum tu frater ubi ubi est, fac quam primum hac
audiat. Pa. visam domum.

Thr. Nunquid Gnato dubitas, quin ego perpetuo pe-
vierim? G. sine

Dubio opinor. C. quid commemorem primum? aut
quem laudem maxime?

Illum qui mihi dedit consilium, ut facerem, an me,
qui ausus sum.

Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit?
Quae tot res, tantas tam oportune in vnum conclusit
diem.

An mei patris festiuitatem & facilitatem? o Iupiter,
Serua obsecro haec nobis bona. Ph. Diu vestram fidem
incredibilia

Parmeno modo quae narravit, sed ubi est frater? C.
praesto adest.

Ph. gaudeo. C. Satis credo. nihil est. Thaide hac fra-
ter tua dignius

Quod ametur, ita nostrae est omni faulrix familiae.
Ph. hui mihi

Illam laudas? Thr. perij, quamò minus spei est, tan-

Diaporesis
oratoria, id
est, interro-
gatio sub
dubitatio-
ne, familia-
ris lauden-
tibus. Obse-
cratio con-
tra fortunae
varietate,

Laus Thai-
dis à Cha-
rea.
Insuauissi-
mus amor
est, quo frui
non licet.

to magis amo.

Obsecro Gnato: in te spes est. G. quiduis faciam. Thr.
perface hoc

Precibus, pretio, ut heream in parte aliqua tandem
apud Thaidem.

G. Difficile est. Thr. si quid collibuit, noui te: hoc si
effeceris,

Quoduis donum, & premium à me optato, id opta-
tum feres.

G. Ita ne? Thr. sic erit. G. si hoc efficio, postulo ut mi-
hi tua domus,

Te presente, absente, pateat: innocato ut sit locus

Semper. Thr. de fidem ita futurum. Gn. accingar. Ph.
quem hic ego audio?

O Thraso. Thr. saluete. Ph. tu fortasse quæ facta hic
sient,

Nescis. Thr. scio. Ph. cur te egro in his ego conspicio
regionibus?

Thr. Vobis fretus. Ph. scis quam fretus? miles edico
tibi.

Si in platea hac offendero post vnquam. nihil est quod
dicas mihi,

Alium querebam, iter hanc habui: peristi. Gn. eia,
haud sic decet.

Ph. Dictum est. Gn. non cognosco vestrum tam su-
perbum. Ph. sic erit.

Gn. Prius audite paucis, quod cum dixero, si placue-
rit,

Facite. Ph. audiamus. Gn. tu concede paululum
isthuc Thraso.

Principio, ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,

Me, huius quicquid facio, id facere maximè causa mea:

Verùm idē si vobis prodest, vos nō facere, inscitia est.

Ph. Quid est? Gn. militem rivalem ego recipiendum censeo. Ph. hem,

Recipiendum? Gn. cogita modò, tu herclè cum itla, Phædria.

Et libenter viuis (etenim bene libenter viuitas)

Et quod des, paululum: & necesse est multum accipere Thaidem,

Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo.

Ad omnia hæc magis oportunus, nec magis ex usu tuo.

Nemo est: principio & habet quod det, & dat nemo largius:

Fatuus est, tardus: stertit noctesq; & dies.

Neque istum metuas ne amet mulier. facilè pellas, vbi velis.

Ph. Quid agimus? Gn. prætereà hoc etiam, quod ego vel primum puto.

Accipit hominē nemo melius prorsus, neq; prolixius.

P. Mirum in illhoc homine quoquo pactò opus est.

Ch. idem arbitror.

Gn. Rectè facitis, vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem

Recipiatis: satis diu hoc iā saxū voluo. P. recipimus.

Ch. Ac libenter. Gn. at ego pro isthoc, Phædria, & tu Chærea,

Peruasio-
nes variae
ab utili.

Fatui, ver-
bis & dictis
insulsi cor-
de & ani-
mo tardi,
corpore &
mente.

Accipit, id
est, pascit,
tractat inui-
tat.

Prouerbiū
ostendit fi-
dem amici-
tiæ parafr-
ticæ.

E V N V C H I

Ironia.

*Hūc cōmedendū & ibēdū vobis propino. Ch. placet.
P. Dignus est. G. Thraso, vbi vis, accede. Thr. obsecro
te, quid agimus?*

*Instantia
militis.*


*Gn. Quid? isti te ignorabant: postquam eis mores ostē
di vos,*

*Affentatio
parcet.*

*Et collaui secūdum facta, & virtutes tuas,
Impetraui. Thr. bene fecisti, gratiā habeo maximā:
Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarēt
plurimum.*

*G. Dixi ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam?
Ph. Nihil prætermissum. G. ite hāc omnes. Vos vale-
te, & plaudite.*

FINIS EVNVCHI.



ARGVMENTVM IN

HEAVTONTIMORV-
MENON.



IANTA huius fabulæ elegantia est, vt pleri-
que à Lælio, quo illis temporibus Romæ ne-
mo fuit eloquentior, scriptam existimarint: &
Poeta ipse testatur in hac puram esse oratio-
nem: qua laude nulla potest amplior excogi-
tari. Quid enim admirabilius, quam in sermo elegans & venu-
stus? Neque prædicaturus hoc palàm fuerat Comicus, nisi no-
uam, insignem, & penè diuinam sermonis elegantiam esse
indicasset.

Depingit autem parentum vitia. Nam Menedemus libera-
liter amantem Cliniam iusto inclementiùs tractat adolescē-
tem modestum & frugi. Quem postquam domo eiecit, victum
iurgij & contumelijs, multò impotentius desiderat. Aded
multifariam hic peccat,

Huic seni proponit Chremetem monitorem. sed quem postea videas multo plura quam Menedemum peccare. Primum is nunquam olfecit perditè amare filium compilare à scortoso sumptuoso. Post ubi resciscit, multo fert impotentius id mali, quam illa solebat Menedemus: ut agnoscas ferè ita accidere, ut foris non domi sapiamus.

EPITHASIS.

Porro quia fingebat poeta veluti oculis captum Chremetem, qui insignia filij vitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam, idque hic periculi est, ne resciscat Chremes Bacchidem filij amicam esse. Huc omnia consilia, omnes dolos seruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emungitur Bacchidi numerandum, quam comperit filij regem agi. Fallitur autem cum fingitur Bacchis esse Clinia.

In prima fabulae parte, ubi Menedemum confirmat Chremes oratio est deliberatiua, seu suasiuæ generis, qua consolatur, erigit, monet animi ægrum vicinum.

In reliqua fabulae parte, quæ periculum continet, res omnis translatione rhetorica agitur: quia quæ ad Chremetis filium pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato.

In primis admirabilis est hic seruus, cuius callidissimis consilijs neutiquam respondent euentus. Nec vulgariter de suo consilio sibi ipsi placet, cum ait. Hic me magnifice offero, &c. Est ea mirifica omnino imago humanorum & consiliorum & euentuum. Fallunt enim ferè astutissima consilia mortales. Sicut Ciceronem fefellit euentus belli aduersus Antonium suscepti extant exempla

in historijs innumerabilia.





HEAVTONTIMORVMENV

PERSONAE.

CHREMES, senex.

BACCHIS, meretrix.

MENEDEMVS, senex.

ANTIPHILA, amafia.

CLITIPHO, adolescens.

SOSTRATA, matrona.

CLINIA, adolescens.

NVTRIX.

SYRVS, seruus.

PHRYGIA, ancilla.

DROMO, seruus.

C. SVLP. APOL. PERIOCHA

Trimetri.

IN malitiam proficisci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater:
Animiq; sese angebat, facti pœnitens.
Mox vt reuersus est, clam patre diuertitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerferet cupitam Antiphilam Clinia,
Vt eius Bacchis venit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila: factum id quò patrem
Suum celaret Clitipho hic technis Syri,
Decem minas meretriculæ aufert à sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

HEAV

HEAVTONTIMORVMENOS
TERENTII.

GRÆCA EST MENANDRÛ, ACTA
LVDIS MEGALENSI. L. CORNELIO
LENTVLO, L. VALERIO FLACCO
ÆDILIBVS CVRVLIB. EGIT. AM-
BIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT
FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM
TIBIIS IMPARIB. DEINDE DV A-
BVS DEXTRIS. ACTA ETIAM TER-
TIA. C. CORNELIO, M. IVVENIO
COSS.

PROLOGVS. Trimetri omnes.



*E cui sit vestrum mirum cur parteis seni
Poëta dederit, quę sunt adolescentium.
Id primũ dicã, deinde quod veni, eloquar.*

*Ex integra Græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Novam esse ostendi, & quę esset. nunc qui ser ipserit,
Et cui a Græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.
Nunc quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non prologum:
Vestrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè,*

Captatio
beneuolen-
tiæ à perso-
na poëtæ.
Propositio
prima,

Propositio
secunda.
Comméda-
tio à perso-
na a ctoris
& poëta,

HEAVTONTIM.

Defensio.
Quod æmu-
li vitio dāt,
ad laudi si-
bi ducit.

Ab honesto & iusto.

Vitium L.
Leuiniij.

Hactenus
pro poeta
didixit. Ro-
gat vt sene
placide au-
diat.

Variæ co-
mœdiarum
personæ.

Pronoma-
lia. Captas
beneuolen-
tiam à com-
mendatio-
ne styli.

Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam quòd rumores distulerunt maleuoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus vetus poëta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicum ingenio fretum, baud natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit, quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit, quam æquum oratio.
Facite equi sitis: date crescendi copiam
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs, ne ille pro se dictum existimet,
Qui nuper fecit seruo concurrenti in via
Decesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit,
Adeste æquo animo: date potestatem mihi.
Statariam agere vt liceat per silentium:
Ne semper seruus currens, iratus senex.
Edax parasitus. sycophanta autem impudens.
Auarus leno, assidue agendi sint mihi
Clamore summo, cum labore maximo.
Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minnatur mihi.
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
Si qua laboriosa est, ad me curritur:

*Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
 In hac est pura oratio? experimini,
 In utranque partem ingenium quid possit meum.
 Si nunquam auare pretium statui arti meæ,
 Et eum esse questum in animum induxi maximum,
 Quàm maximè seruire vestris commodis:
 Exemplum stituite in me, ut adolescentuli
 Vobis placere studeant potius, quàm sibi.*

Commēdatio a perso-
 na propria

Cōmodis
 plus est, quā
 si dixisset
 voluptati-
 bus,

ACTVS PRIMI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Menedemum ex cruciantem se in agro laboribus Chre-
 mes alloquitur sedulo causam inquirens cur præter ætatem
 ille suam id faciat. Respondens Menedemus, sui mœroris
 causam dicit esse filij ambitionem, quem, iurgijs & contume-
 lijs domo eiectum impotentius desiderat. Trimetri.

CHREMES. MENEDEMVS Senex.

Quāquā hæc inter nos nuper notitia admodū est,
 Inde adeo, quod agrum in proximo hic merca-
 tus es,

Captatio bē-
 neuolentiæ
 ab amicitia
 & ex vicini-
 tate.

Hic ambo-
 rum senum
 coniunctio
 & familiar-
 tas multum
 accommo-
 data sequē-
 tibus rebus
 censetur.

Nec rei ferè sanè amplius quicquam fuit:

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas

(Quod ego in propinqua parte amicitia puto)

Facit, ut te audacter moneam, & familiariter:

Quod mihi videre præter ætatem tuam

Facere, & præter quam res te adhortatur tua.

Nam prò deū atque hominum fidem, quid vis tibi?

Aut quid queris? annos sexaginta natus es.

Aut plus eo, ut conyicio: agrum in his regionibus

Meliozem, neq; pretij maioris nemo habet:

Servos complures: proinde quasi nemo siet:

Ita attente iute illorum officia fungere.

Propositio
 qua interro-
 gat & obiur-
 gat.

Nimia te-
 nis inquit-
 tudo.

HEAVTONTIM.

Obiectio ta-
cita, perpo-
lita loquu-
tio. Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspiciet
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique
Nullum remittis tempus, neque te respicis.

Didū in cu-
riosos rerū
alienarum. Hæc non voluptati esse, satis ceriò scio.
At enim dices, me quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
si sumas illis in exercendis, plus agas.

Rectum est
id est, offi-
ciosum est. M. Chreme, tantum' ne est ab re tua otij tibi,
Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
Ch. Homo sum humani à me nihil alienum puto,
Vel me monere hoc, vel percontari puta:

Nollē, sci-
licet me
cruciare la-
borando. Rectum est ego ut faciam, non ut deterream.
M. Mibi sic est vsus: tibi ut opus est factò, face.
C. An cuiquam est vsus homini, se ut cruciet? M. mi-
hi est.

His tribus
rebus adhi-
bitis, nihil
prætereain
amicitia re-
quirēdam. Ch. Si quid laboris est nollē, sed quid isthuc mali est?
Quæso, quid de te tantum meruisti? M. eheu.

Narratio-
nem à per-
sonis ordi-
tur. C. Ne lacruma, atque isthuc quicquid est, fac me ut
sciam:

Ne retice, ne verere: crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.
M. Scire hoc vis? C. hac equidem causa, qua dixi tibi.

M. Dicetur. C. at istos rastros, interea tamen
Depone: ne labora. M. minimè. C. quam rem agis?

M. Sine me, vacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. C. non sinā inquam. M. ah, non æquum facis.

Ch. Hui iā graueis hos quæso. M. sic meriū est meū.
C. Nunc loquere. M. filium vnicum adolescentulum
Habeo, ah, quid dixi habere me? imò habui Chreme:

Nunc

Nunc habeam, necne, incertum est. Ch. quid ita isthuc?

M. scies.

Est è Corin. ho hinc aduena anus paupercula,

Eius filiam ille amare cepit perdere.

Propè ià ut pro vxore haberet: hæc clam me omnia.

Vbi rem rescivi, cepi non * humanitus,

Neque ut animum decuit egrotum adolescentuli,

Tractare: sed vi & via per vulgata patrum

Quotidie accusabam: Hæc tibi ne hæc diuini

Licere speras facere me vino patre?

Amicam ut habeas propè iam vxoris loco?

Erras, si id credis, & me ignoras Clinia.

Ego te meum esse dici tantisper volo,

Dum quod te dignum est facis: sed si id non facis,

Ego quod me in te sit facere dignum, inuenero.

Nulla adèd ex re isthac fit, nisi ex nimio otio.

Ego isthuc gratis non amori operam dabam:

Sed in Asiam hinc abij propter pauperiem: atque ibi

Simul rem, & gloriam armis belli reperi.

Postremò adeo res redijt: adolescentulus

Sæpe eadem, & grauior audiendo victus est:

Putauit me & etate, & beneuolentia

Plus scire, & prouidere, quam seipsum sibi:

In Asiam ad regem militiarum abijt Chreme.

Ch. Quid ais? Me clam me profectus, menseis treis abest.

Ch. Ambo accusandi, etsi illud inceptum tamen

Animi est prudentis signum, & non instrenui.

M. Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij,

Domum reuertor mæstus, atque animo ferè

Diomedes legit humaniter.

Accusationem refert.

Amor ex otio prouenit

Consilium.

Cum pondere pronuntia.

Oratio tota pathetica.

Attendite diligentem familiam.

HEAVTONTIM.

Aparare est
ad pompā
parare.

Pathos.

Iniustitiam
suam cul-
pas.

Producere
foras duce-
re signifi-
cat & pro-
ductores
qui virgi-
nes ad quæ-
stum expo-
nunt.

Perturbato, atque incerto præ egritudine.
Assiduo: accurrunt serui: soccos detrahunt:
Video alios festinare, lectos sternere,
Cœnam apparare: pro se quisque sedulo
Faciebat: quò illam mihi lenirent miseriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare: hem, tot mea
Solius solliciti sunt causa, ut me unum expleant?
Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum.
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,
Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vsque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens parua ob meas iniurias,
Interea vsque ille de me supplicium dabo,
Laborans, querens, parcens, illi seruiens,
Ita facio prorsus, nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: corrasi omnia:
Ancillas, seruos (nisi eos, qui opere rustico
Faciunda, facile sumptum exerceant suum)
Omnes produxi, ac vendidi: inscripti illico
Aedes mercede: quasi talenta ad quindecim
Coëgi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.
Decreui tantisper, me minus iniurię
Chreme, meo gnato facere, dum sum miser:
Nec fas esse ulli me voluptate hic frui,
Nisi vbi ille hinc saluos redierit meus particeps.
Ch. Ingenio te esse in liberos leni puto,
Et illam obsequentem, si quis rectè aut commodò

Tracta-

*Trahetaret: verum: neque tu illum satis noueras,
Nec te ille: hoc tibi fit, vbi non verè viuatur.*

*Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes,
Nec tibi ille est credere ausus, quæ est æquum patri.*

Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.

M. Ita res est, fateor: peccatum à me maximum est.

*Ch. Menedeme, at porrò rectè spero: & illum tibi
Saluum affuturum esse hîc confido propediem.*

*M. Utinam dÿ ita faxint. C. facient, nunc si commo-
dum est,*

Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.

M. Nō possum. C. cur nō? queso, tandē aliquantulum

Tibi parce: idem absens facere te hoc vult filius.

M. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,

Nunc me ipsum fugere. C. siccine est sententia?

*M. Sic. C. bene vale. M. & tu. C. lacrimas excussit
mibi.*

Miseretque me eius, sed vt diei tempus est,

Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,

Ad cœnam vt veniat: ibo vt visam, si domi est.

Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi

Præstò apud me esse aiunt: ego met conuiuas moror.

Ibo adeo hinc intrò, sed quid crepuerunt fores?

Hinc à me quisnam egreditur? hîc concessero.

Liberos de
vico filio
dixit. Con-
filiam Chre-
metis.

Confessio.

Dionysia,
id est Or-
gia, seu Bac-
chanalia,
quæ tertio
quoque an-
no celebra-
bantur.

ACTVS PRIMI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clinia domum ex Asia reuersus, miram in modum sollicitus est de amica, quam abiens Athenis reliquerat. De Clinia in patriam reditu magna cum animi voluptate Clitiphon nunciat patri suo Chremeti. Chremes filio ex Clinia vita

HEAVTONTIM:

& moribus viuendi modum præscribit.

Initio scenæ Iambici Catalectici. Deinde Trochaici quidam.
Postremò Iambici Tetrametri Acatalectici.

CLITIPHO, adolescens. CHREMES.

Persequitur fabulã Clinia, vt palam fiat quã modeste amarit.

Apud nos, id est, domi nostræ.

Nam insperatum gaudium maius esse solet.

Cliniæ omnia timet.

Nihil adhuc est, quod vereare Clinia: haud quãquam etiam cessant.

Et illã simul cum nuncio tibi hic ego affuturum hodie scio:

Proin tu sollicitudinem istam falsam quæ excruciat, omittas.

Chr. Qui cum loquitur filius?

Clit. Pater adest, quem volui: adibo. Pater oportune aduenis.

Ch. Quid id est? Clit. hunc Menedemum nostin nostrũ vicinum?

Ch. Probè. Cl. huic filium scis esse? Ch. audiui, in Asia Clit. non est pater:

Apud nos est. Chr. quid ais? Cli. aduenientem è navi egredientem illico.

Abduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia

Semper fui familiaritas? Ch. voluptatem magnam nuncias.

Quam vellem Menedemum inuitatum vt nobiscum esset hodie amplius,

Vt hanc letitiam nec opinanti primus ei obijcerem domi,

Atque etiam nunc tempus est. Cli. caue faxis, non est opus pater.

Ch. Quapropter? Cli. quia enim incertum est etiam quid

quid se faciat: modò venit,
 Timeat omnia, patris iram & animum amicæ se erga
 vi sic suæ.

Eam misere amat: propter eam hæc turba atque abi-
 tio euenit. Ch. scio.

Cl. Nunc seruolum ad eam in urbem misit, & ego no-
 strum vnà Syrum.

Ch. Quid narrat? Cl. quid ille? se miserum esse. C. mi-
 serum? quem minus credere est?

Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in hominẽ
 dicuntur bona?

Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cog-
 natos, diuitias.

Atque hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea pos-
 sidet:

Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

Cl. Imò ille fuit senex importunus semper: & nunc
 nihil magis.

Vereor quam ne quid in illum iratus plus satis faxit
 pater.

Ch. Illù mne? sed reprimam me: nam in metu esse hũc,
 illi est vtile.

Cl. Quid tute tecum? Ch. dicam: vt vt erat, mansum
 tamen oportuit.

Fortasse aliquanto iniquior erat, præter eius libidi-
 nem:

Pateretur, nam quem ferret, si parentem non ferret
 suum?

Hunc cine erat æquum ex illius more, an illum ex
 huius viuere? &

Quòd

HEAVTONTIM.

*Quod illum insimulat durum id non est: nam parentum iniuria,
 Vniusmodi sunt ferme, paulò qui est homo tolerabilis
 Scortari crebrò nolunt, crebrò conuiu arier:
 Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia.*

*Verum ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
 Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia hoc
 Scitum est, PERICVLVM EX ALIIS FACERE, tibi quod ex usu fiet.*

*Cl. Ita credo. Ch. ego ibo hinc intrò, vt videam nobis
 Quid cœne fiet.
 Tu, vt tempus est diei, vide sis, ne quo hinc abeas longius.*

ACTVS SECVNDI SCENA I. ARGVMENTVM.

Clinia cessatione & mora Antiphilæ amicæ nimium torquetur: solet enim amantis animus omnis moræ, quantumvis breuis impatientior esse. Octonarij.

CLITIPHO.

Quàm iniqui sunt patres in omnes adollescentes iudices:

Qui æquum esse censent, nos iam à pueris illico nasci senes,

Neque illarum affines esse rerum, quas fert adollescencia.

Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.

Mihi si vnquam filius erit, ne ille facili me vtetur patre:

Nam

Ab equo & honesto.

Vt, pro quâ diu,

Quarimonia Clitiphonis aduersus patrem.

Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus:

Non vi meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.

Perij, is mihi, ubi adhibet plus paulò sua quæ narrat facinora?

Nunc ait periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu fiet.

Astutus: ne ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam.

Mazis nunc me amicæ dicta stimulant: da mihi, atque adfer mihi.

Cui quid respondeam, nihil habeo, neque me quisquã est miserior.

Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satingit, attamen

Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ.

Mea est potès, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Tum quod dem heu, rectè est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.

Hoc ego mali non peridem inueni: neque etiam dum scit pater.

ACTVS SECVNDI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Clitipho adolescens solus loquens de patre quæritur, ut mos est iuuenum paterna monita moleste ferentium.

Octonarij.

CLINIA. CLITIPHO.

SI mihi secunda res de amore meo essent, iam dudum scio.

Nam qui a-
lias deli-
quit, delin-
quentibus
facil è.

Petulanus fi-
lius, patris
præcepta cõ-
temnit. De-
pingit Bac-
chidem cõ-
ferendo cõ
Antiphilæ.

De suis a-
moribus ip-
se Clinia lo-
quitur.

Venissent

HEAVTONTIM.

Venissent: sed vereor, ne me absente hęc mulier corrupta sit.

Varia corruptionis suspitiones. Patho anxie expectantis, & omnia sollicitè metuētis & suspicantis.

Concurrunt multę opiniones, quę mihi animum exaugeat.

Locus occasio, etas mater, subimperio cuius est mala:

Cui nihil iam pręter pretium dulce est. Cli. Clinia.

Clin. hei misero mihi.

Cli. Etiam caues, ne videat fortè hinc te à patre aliquis exiens?

Clin. Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus prasagit mali.

Clit. Pergin' isthuc prius diiudicare, quàm scis, quid veri fiet?

Clin. Si nihil mali esset, iam hic adessent. Clit. iam aderunt. Clin. quando isthuc erit?

Fortē, moliuntur, à mollioribus.

Clit. Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierum:

Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Cl. ó Clitipho,

Timeo. Clit. respira, eccum Dromonem cum Syro, vna adsunt tibi.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Clinia ex Syrio intelligit se absente publicè admodum vixisse Antiphilam, qua ex re ingenti gaudio perfunditur, Bacchis Clitiphonis amica ad cęenam adducitur: quę tamen interim fingitur esse amica Clinię.

Tetrametri partim Trochaici, partim Iambici. Pręterea Senarij non pauci.

SYRVS

SYRVS. DROMO. serui. CLINIA.
CLITIPHO.

A In tu? D. sic est. Sy. verum interea dum sermo
nes cedimus.

Ille sunt relictæ. Cl. mulier tibi adest, audin' Clinia?

Clin. Ego verò audio nunc demum, & video, & va-
leo Cluipho.

Cl. Minime mirum adeo impeditæ sunt: ancillarum
gregem

Ducunt secum. Clin. perij, vnde illi sunt ancilla? Cli.
men' rogas?

Sy. Non oportuit relictas: portant quid rerum. Cli.
bei mihi.

S. Aurum, vestem: & vesperascit, & non nouerunt viã
Factum à nobis stultè est, abi dum tu Dromo illis ob-
uiam

Propera: quid stas? Clin. vae misero mihi, quanta de
spe decidi!

Clit. Quid isthuc? quæ res te sollicitat autem? Clin. ro-
gitas quid fiet?

Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam ego cum
vna ancillula

Hic reliqui: vnde ea esse censes? Clit. vab, nunc de-
mum intelligo.

S. Dii boni, quid turbæ est? ædes nostræ vix capient,
scio.

Quid comedent, quid ebibent? quid sene erit nostro
miserius?

Sed video, eccos quos volebam. Clin. ô Iupiter, vbi
nam est fides?

vt & Cli-
nia, & Anti-
philæ mo-
destia cla-
rius inno-
sceret, fin-
git poëta
primu egre-
terentem.
Cliniam &
succensentem.

Antiphilæ
(sic enim
putabat) lu-
xui,

Cliniæ ex-
clamatio ad
amicam.

HEAVTONTIM.

*Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu
interea loci*

*Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti
malis*

Stomacho
sè harū, de
vna tātum,
atq; ea præ
sente.

*Propter quam in summa infamia sum, & meo patri
minus obsequens:*

*Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harum mores
cantabat mihi.*

*Monuisse frustra, neque potuisse vnquam ab hac me
expellere:*

*Quod tamen nunc faciam: tum, cum gratum mihi esse
potuit, nolui.*

Videlicet,
& scilicet,
amaritudi-
nem habēt.

*Nemo est miserior me. Sy. hic de nostris verbis errat
videlicet,*

*Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem,
atq; est, accipis.*

*Alias ce-
pinus.

*Nā & vita est eadē, & animus te erga idē, ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam* fecimus.*

*Clin. Quid est obsecro? nam mihi nunc mihi rerum
omnium est,*

Quod malim, quàm me hoc falsò suspicariet.

Alteræ, pro
alteri.

*Sy. Hoc primum, vt ne quid huius rerū ignores: anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:*

Ea obiit mortem, hoc ipsa in itinere alteræ

Dum narrat, fortè audiui. Clit. quænam est altera?

Si incipit
multa pudici-
tiae signa
narraturus.

*Sy. Mane, hoc quod cæpi primum enarrem Clitipho.
Post isthuc veniam. Clit. propera. Syr. iam primum
omnium.*

Vbi ventum ad ædes est. Dromo pultat fores:

Anus quædam prodit: hæc vbi aperuit ostium.

Conti

Continuo hic se coniecit in thro: ego consequor?
 Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.
 Hinc sciri potuit, haud vsquam alibi Clinia,
 Quo studio vitam suam te absente exegerit.
 Vbi de improvviso est interuentum mulieri,
 (Nam ea res dedit iam existimandi copiam
 Quotidianæ vitæ consuetudinem:
 Quæ, cuiusque ingenium ut sit, declarat maxime)
 Texentem telam studiose ipsam offendimus,
 Mediocriter vestitam veste lugubri,
 Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua:
 Sine auro tum ornatam, ita vii quæ ornantur sibi:
 Nulla mala re esse expolitam muliebri.
 Capillus passus, proluxus, circum caput
 Reiectus negligenter: pax. Clin. Syre mi, obsecro
 Ne me in letitiam frustra conijcias. Sy anus
 Sub tegmen nebat, prætereà vna ancillula
 Erat, ea texebat vnà, pannis obsita,
 Neglecta, immunda illuue. Clin. si hæc sunt Clinia
 Vera, ita vii credo: quis te est fortunatior?
 Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam, & sordidam?
 Magnum hoc quoque signum est dominam esse extra
 noxiam,
 Cùm eius tam negleguntur internuncijs:
 Nam disciplina est, eisdem munerarier
 Ancillas primùm, ad dominas qui affectam viam.
 Clin. Perge obsecro te, & caue, ne falsam gratiam
 Studeas inire quid ait, vbi me nominas?
 Sy. Vbi dicimus redisse te, & rogare, vii
 Veniret ad te, mulier telam deserit

Vehemens
 pudicitia
 coniectura

Cultus & vi-
 ctus fami-
 liaris vitæ
 indicant.

Mala, sub
 est. faciei
 pars.
 Pax, admi-
 rantis.
 Sordities
 pudicitia
 signum.

Præceptum
 amatorium

Ex nimio
 gaudio la-
 chrymatur
 Gaudij ve-
 hementia.

HEAUTONTIM.

Continuò, & lachrumis opplet os totum sibi;

Vi facile scires desiderio tu fieri tuo.

Clin. Præ gaudio, ita me dy ament, ubi sim nescio?

Ita timui. Clit. at ego nihil esse sciebam Clinia.

Agedum vicissim Syre, dic quæ illa est altera?

Aliàs abdu-
cimur.

S.* Adducimus tuã Bacchidem. Clit. hem, quid Bac-
chidem?

Eho scelestè, quò illã ducis? Sy. quo ego illam? ad nos
scilicet.

Clit. Ad patrem? ne? S. ad eum ipsum. Clit. ô homi-
nis impudentem audaciam.

S. Heus tu, non fit sine periculo facinus magnum, &
memorable.

Clit. hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quæsitiũ
scelus:

Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim

Quid illò facias? S. at enim. Clit. quid enim? S. si si-
nas, dicam. Clin. sine.

Oratio im-
perfecta ob
Clitiphon-
is interrup-
tionem.

Clit. Sino. S. ita res est, hæc nunc quasi cũ Clit. quas
malum ambages mihi

Narrare occipit? Clin. Syre, verum hic dicit, mitte:
ad rem redi.

Sy. Enimvero reticere nequeo: multis modis iniurius
Clitipho est, neq; ferri potis est. Clin. audiendum her-
clè est: tace.

S. Vis amare, vis potiri, quid des illi, effici:

Exponit cõ-
siliũ suũ.
estque hæc
huius fabu-
læ protasis.

Tuum esse in potiundo periculum non vis: haud stul-
tè satis:

Si quidem id sapere est, velle id quod non potes, con-
tingere.

Aut

*Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his ad
mittenda sunt.*

Harum duarum conditionũ nunc vtram malis, vide:

Etsi hoc consilium quod cepi, rectũ esse & tutũ scio.

*Nam apud patrem tua amica tecum sine metu vt sit,
copia est:*

*Tum quod illi argentum es pollicitus, eadem hac in-
ueniam via.*

*Quod vt efficerem, orando surdas iam aureis reddi-
deras mihi,*

Repetitio
cum stoma-
cho.

*Quid aliud tibi vis? Clit. si quidem hoc fit. S. si qui-
dem, experiundo scies.*

*Clit. Agè, agè, cedò, isthuc tuum consilium quod id
est? S. assimulabimus*

*Tuam amicam, huius esse amicam. Clit. pulchrè, ce-
dò quid hic faciet sua?*

*An ea quoque dicetur huius, si vna hæc dedecori est
parum?*

*S. Imo ad tuam matrem deducetur. Clit. quia est? S.
longum est, Clitipho,*

*Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera causa est.
Cli. fabulæ.*

*Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mi-
hi expediat metum.*

Stultus amã-
tor irriden-
ti credit.

*S. Mane: habeo aliud, si isthuc metuis, quod ambo con-
fiteamini*

*Sine periculo esse. Clit. huiusmodi, obsecro aliquid re-
peri. S. maximè.*

Ibo obuiã hinc dicã, vt reuertantur domum. Clit. hẽ,

Quid dixti? S. ademptũ tibi iam faxo omnem metũ,

HEAVTONTIM.

In aurem vtramuis otiose vt dormias.

Clit. Quid ago nunc? Clin. tu' ne? quod boni est.

Clit. Syre, dic modò

Verum. S. age, modò: hodie serò, ac ne quicquã voles.

Clin. Datur modò: fruere dum licet. nam nescias

Eius sit potestas posthac, an nunquam, tibi.

Clit. Syre inquam. S. perge porrò, tamen isthuc ago?

Clit. Verum hercle isthuc est Syre, Syre inquã, heus

heus Syre.

S. Concaluit, quid vis? Clit. redi, redi. S. adsum, dic,

quid est?

Iam hoc quoque negabis tibi placere. Clit. imò Syre,

Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.

Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.

S. Ridiculum est isthuc me admonere Clitipho.

Quasi isthic minor mea res agatur, quam tua.

Hic si quid nobis fortè aduersi euenerit,

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.

Qua propter neutiquam hæc res neglectui est mihi.

Sed istum exora, vt suã esse adsimulet. Clin. scilicet

Facturum me esse, in eum iam res redijt locum.

Vt sit necesse. Clit. meritò te amo Clinia.

Clin. verũ illa ne quid titubet. S. perdocta est probe.

Clit. At hoc demiror, qui tam facile potueris

Persuadere illi, quẽ soles quos spernere.

S. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est

Primum, nam miserum quẽdam offendi ibi militem,

Eius noctem orantem: hæc arte tractabat virum.

Vt illius animum cupidum inopia incenderet:

Eademque vt esset apud te ob hoc quã gratissima,

Sed

Sententia
amatoris
Aristippica

Aestuat ma
gis ob Syri
discessum.

Attende a-
mantis ve-
cordiã, qui
famam ser-
uo cõmitit.

Adhortatio
perspicaciã
Chremetis
ac inconti-
nentiam.
Clitipho-
nis notat.

*Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas:
Patrem nouisti ad has res quàm sit perspicax:
Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens:
Inuersa verba euerfas cervices tuas,
Gemitus screatus, tusseis, risus abstine.*

Clit. Laudabis. S. vide sis. Clit. t ut emet mirabere.

S. Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres?

Clit. Vbi sunt? cur retines? S. iã nunc hæc non est tua.

Clit. Scio apud patrē: at nũc interim. S. nihilo magis.

Clit. Sine. S. non siuam inquam. Clit. quæso paulisper.

S. veto.

Clit. Saltem salutare. S. habeas si sapis. Clit. eo.

Quid isthic? S. manebit. Clit. ô hominem fœlicem! S.

ambula.

Apostrophe

sis.

Fœlicem,

quia cum

amica ma-

nebit.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Meretricia conditio per eam exprimitur, quæ meretrix est. Habet deinde hæc scena iucundum Cliniaë & Antiphilæ congressum. Tetrametri, partim Trochaici, partim Iambici: & in fine Senarij aliquot.

BACCHIS meretrix. ANTIPHILA amassa.

CLINIA. SYRVS.

A Edepol te mea Antiphila laudo, & fore unam
tam iudico.

Id cùm studuisti, isti formæ mores vt cõsimiles foret.

*Minimeque, ita me dij ament, miror, si te sibi quisque
expetit:*

Nam mihi quale ingeniũ haberes, fuit, indicio oratio.

*Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam
considero.*

Spargit in

personas

descriptio-

nem morũ

Bacchidis,

& Antiphi-

læ, vt appa-

reat hone-

ste amasse

Cliniam.

HEAVTONTIM.

Omniūq; adeò nostrarum volgus quę ab se segregāt,
Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile
est.

Nam expedit bonas esse nobis: nos quibuscum est res,
non sinunt.

Quippe forma impulsu nostra, nos amatores colunt.

Hęc ubi immutata est illi suū animū alio conferunt;

Amatores
formę.

Nisi prospectum interea aliquid nobis est, deserere vi-
uimus.

Laus à pu-
dicitia.

Vobis cū vno simul vbi etatē agere decretū est viro,

Cuius mos maxime est consimilis vestrum, hi se ad

vos applicant.

Hoc beneficio vtriq; ab vtrisque verò devincimini,

Commen-
datio à fi-
de in virū.

Vt nūquā nulla amoris vero incidere possit calamitas?

A. Nescio alias: me scio quidē sēper fecisse sedulo, ut

Ex illius commodo meum compararem commodum.

Mire op-
portunum
& hos.

Cli. Vah,

Erga mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in pa-

triam facis.

Nescio
alias.

Nam dum abs te abs sum, omnes mihi labores fuere,

quos cepi leues,

Pręterquam tui carendum quòd erat. S. credo. C. Sy-
re vix suffero:

Hoc cine me miserū nō licere meo modò ingenio frui?

S. Imò ut patrem tuum vidi esse habitum diu, etiam

duras dabit.

Eclipsis.
Præ nimio
gaudio con-
sternatur.

B. Quisnam hic adolescens est, qui intuetur nos? A.

ah, retine me obsecro.

B. Amabò, quid tibi est? A. disperij. B. perij misera

quid stupes

Anti.

*Antiphila? A. videon' Cliniam, an non? B. quē vides?
C. Salve anime mi. A. o Clinia salve. C. vi vales?
A. Saluum venisse gaudeo. C. teneo ne te
Antiphila, maximē animo exoptata meo?
R. Ite intro nam vos iam dudum expectat senex.*

*Paterice &
amatorie
loquutio-
nes.
Verus ami-
cus.*

ACTVS TERTII SCENA I. ARGVMENTVM.

Chremes Menedemo nunciat ex Asia redisse filium: è qua re Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio post hac indulgere magis instituit, quod ei magne pere dissuadet Chremes.

Trimetri omnes.

CHREMES. MENEDEMVS.

L Vcescit, hoc iam cesso pulsare hostium
Vicini? primū ex me vt sciat sui filium
Redisse: & si adolescentem hoc nolle intelligo.
Verū cum videam miserum hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam imperitum gaudium,
Cum illi nihil periculi ex indicio fiet?
Haud faciam: nam quod poterō, adiutabo senem.
Ita vt filium meum amico, atque equali suo
Video inseruire, & socium esse in negotijs:
Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.
M. Aut ego profectō ingenio egregiē ad miseriam
Natus sum: aut illud falsum est, quod vulgo audio
Dici, DIEM ADIMERE egritudine hominibus,
Nam mihi quidem quotidie augetur magis
De filio egritudo, & quanto diuinus
Abest, magis cupio tantō, & magis desidero.
C. Sed ipsum foras egressum video: adibo, alloquar.
Menedeme salve: nuncium adporto tibi,

*Verus ami-
cus tā dolo-
re quā gau-
dio affici-
tur.*

*Non pares
cū paribus
facile con-
gruere.
Vulgatum
dictum.*

HEAVTONTIM:

Cuius maxime te fieri participem cupis.

M. Nunquid nam de gnato meo audisti Chreme?

*C. Valet atq; vivit. M. ubi nam est queso? C. apud me
domi. (nia,*

M. Meus gnatus? C. sic est M. venit? L. certe. M. Clo-

Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eum obsecro.)

C. Non volt te scire se redisse: etiam & tuum

Conspectum fugiat, propter peccatum: tu hoc timet,

Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.

*M. Non tu ei dixisti: ut essem? Ch. non. M. quamobrem
Chreme?*

C. Quia pessumè isthuc in te, atque in illum consulis,

Si te tam levi, & victo esse animo ostenderis.

M. Non possum: satis iam satis pater durus fui. ah,

Vehemens in utranque partem Menedeme es nimis:

Aut largitate nimia, aut parsimonia:

In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incidet.

Primum olim potius quam paterere filium

Commeare ad mulierculam, quæ paululo

Tum erat contenta, cuique, erant grata omnia.

Proterruisti hinc: ea coacta ingratis,

Post illa cepit victum vulgo querere.

Nunc cum sine magno intertrimento non potest

Haberi, quiduis dare cupis. nam ut tu scias,

Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet:

Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,

Oneratas veste, atque auro: si rapes si fiet

Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat,

Nedum tu possis. M. est ne ea intus? C. si sit, rogast.

Sensi: nam ei unam cœnam, atque eius comitibus

Dedi

Suspicio ex
mira solici
tudine. Præ
gaudio idē
crebrò re-
perit.

Menedemi
consilium
arguit.

Consulta-
tio lenum
in qua vi-
des quantū
fallatur

Chremes,
est que hæc
parascene
turbarum
quæ sequū-
tur,

Carpit ni-
miam largi-
tatē senis.

Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet,
 Nam ut alia omittam, pitissando modò mihi
 Quid vini absumpsit. si hoc dicens, asperum
 Pater hoc est aliud lenius: sodes vide,
 Releui dolia omnia, omnes serias,
 Omnes sollicitos habui: atque hæc vna nox:
 Quid te futurum censes, quem assidue excedent?
 Ita me dii amabunt, ut tuarum miseritum est
 Menedeme fortunarum. M. faciat quod lubet:
 Sumat, consumat, perdat, decretum est patri:
 Dum illum modò habeam mecum. C. si certum est tibi
 Sic facere, id permagni referre arbitror,
 Ut nescientem sentiat te id sibi dare.
 M. Quid faciã? C. quiduis potius, quã quòd cogitas:
 Per alium quemuis ut des: falli te sinas
 Technis per seruulum: etsi subsensit id quoque,
 Illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.
 Syrus cum illo vestro consusurrat: conferunt
 Consilia adolescentes: & tibi perdere
 Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
 Non nunc pecunia agitur: sed illud, quo modo
 Minimo periculo id demus adolescentulo.
 Nam si semel tuum animum intellexerit,
 Prius proditurum te tuam vitam, & prius
 Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: huius
 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris,
 Tibi autem porro ut non sit suauè viuere.
 NAM DETERIORES omnes sumus licentia:
 Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
 Putabit prauum, an rectum fiet, quod peret.

Serias, id est
 vasa fictilia

Aukesis!
 Summa pa-
 tris indul-
 gentia.
 Sanus Chre-
 metis con-
 silium.
 Serui frau-
 dem comen-
 tantur.

HEAUTONTIM.

Tu rem perire, & ipsum, non poteris pati.

Dare negabis: ibit ad illud illico,

Quo maximè apud te se valere sentiet:

Ahiturum se abs te esse illico minabitur.

M. Videre verum, atque ita, uti res est, dicere.

C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,

Dum id quero tibi qui filium restituerem.

M. Cedo dexteram: porro te idè oro ut facias Chreme.

C. Paratus sum. M. scin' quid nunc te facere volo?

C. Dic. M. quod sensisti illos me incipere fallere,

Idè ut maturent facere: cupio illi dare

Quod volt: cupio ipsum iam videre. C. operam dabo:

Syrus estprehendendus, atque adhortandus mihi,

A me nescio quis exit. concede hinc domum,

Ne nos inter nos congruere illi sentiant.

Paululam negoti mihi obstat: Simus & Crito

Vicini nostri hinc ambigunt de finibus:

Me ceperè arbitrum: ibo, ac dicam, ut dixeram,

Operam daturum me, hodie non posse his dare:

Cominuo hinc adero. M. ita queso. Dij vostram fidem,

ITAN' COMPARATAM ESSE hominum

naturam omnium,

Aliena melius ut videant, & iudicent,

Quam sua? an eo fit, quia in re nostra gaudio

Sumus prepediti nimio aut egritudine?

Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi?

C. Dissolvi me ocyus, operam ut tibi darem.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Seruus herum Chremetem decipit, credentem Menede-

mo

Obiectio.

Approba-
tio consilij
Mos oran-
tium & cõ-
firmantium
Affectus pa-
ternus.
Argumen-
tum prudẽ-
tiæ Chre-
metis,

Verba re-
deuntis
Chremetis.

mo fallaciam intendi: & ita sua ipsius coniectura, & solertia fallitur.

Senarij.

SYRVS. CHREMES.

HAc illac circuncursa: inueniendum est tamen
Argentum: intendenda in senem fallacia.

C. Num me fefellit hosce id struere? videlicet

Est ille Clinie seruus tardiusculus:

Idcirco huic nostro tradita est prouincia.

S. Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audiuit? C.

Syre. S. hem.

C. Quid tu isthic? S. rectè equidè: te demiror Chreme

Tam mane, qui hærè tantum biberis. C. nihil nimis.

S. Nihil narras? visa vero est (quod dici solet)

Aquilæ senectus. C. eia. S. mulier commoda, &

Faceta hæc est meretrix. C. sanè idem visa est mihi.

S. Et quidem berclè forma luculenta. C. sic satis.

S. Ita non vt olim: sed vt nunc sane, bona:

Minimeq; miror Clinia han si deperit.

Sed habet patrè quendam auidū, miserū, atq; aridū:

Vicinum hunc nostin? at quasi is non diuicijs

Abundet, gnarus eius profugit inopia.

Scin? esse factum, vt dico? C. quid ego nesciam?

Hominem piſtrino dignum. S. quem. C. istum seruulū

Dico adolescentis. S. Syre tibi timui male.

C. Qui passus est id fieri. S. quid faceret? C. rogas?

Aliquid reperiret, fingeret fallacias,

Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret:

Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem:

S. Garris. C. hæc facta ab illo oportebat Syre.

S. Eho quæso, laudas qui heros fallunt? C. in loco

Syrus hæc
secum.

Falsa Chre
metis con
iectura.

Syrus calli
de a pro
posito di
uertit aqu

le senectu.

Prouerbiū
in senes bi
baculos.

Occasiofal
lendi senis
Amphibo
logicos.

Institutio
fallaciæ a
sene in se
nem: imo
in seipsum.

HEAVTONTIM.

Ego verò laudo. S. rectè sanè. C. quippe, quia
Magnarum saepe id remedium egritudinum est?
Iam huic mansisset vnicus gnatus domi.

S. Iocòne, an serio illhęc dicat, nescio:

Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.

C. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuò
Abeat, cùm tolerare huius sumptus non queat?

Non ne ad senē aliquam fabricā fingit? S. stolidus est.

C. At te adiuvare oportet, adolescentuli

Causa. S. facilè equidem facere possum, si iubes:

Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.

C. Tantiò hercle melior. S. non est mentiri meum.

C. Fac ergo. S. at heus tu, facito dū eadē hęc mimine.
Si quid huius simile fortè aliquando euenerit, (ris,
Ut sum humana, tuus vt faciat filius.

C. Non vsus veniet spero. S. spero hercle ego quoque:
Neque eò nunc dico, quòd quidquam illum senserim:
Sed si quid, nequid, quę sit eius etas, vides.

Et ne ego te (si vsus veniet) magnificè Chreme
Tractare possim. C. de isthoc, cùm vsus venerit,
Videbimus, quid opus fiet: nunc isthuc age.

S. Nunquam cōmodius vnquam verū audiui loqui:
Nec cùm male facerem, crederem mihi impunius
Licere. quisnam à nobis egreditur foras?

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes filium obiurgat, & immodestię arguit, quem cum
Bacchide ludentem viderat. Syrus hero id suadet, quod ma-
xime ad extorquendum facit argentum.

Iambici Tetrametri partim Cataleptici, partim Acataleptici,
admixtis interdum Trochaicis. Vnus Dimeter & Trimeter vnus.

CHRE.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

Quid isthuc quæso? qui isthic mos est Clitiphos?
ita ne fieri oportet?

Clit. Quid ego feci? **Ch.** vidin' te modò manum in sinum huic meretrici

Inserere? **Sy.** acta hæc res est, perij. **Clit.** me ne? **Chr.** hisce oculis: ne nega.

Facis adeò indigne iniuriam illi, qui nõ abstineas ma-

Nam isthæc quidem contumelia est, (num.

Hominem amicum recipere ad te, atque eius amicam subagitare,

Vel heri in cõuiuiò quã immodestus fuisti? **Sy.** factũ.

Ch. Quàm molestus? vt equidem, ita me dij ament, metui quid futurum denique esset.

Novi ego amantium animos: aduertunt grauitè, quæ non censeas.

Cl. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.

Ch. Esto: ac certè concedas aliquo ab eorum ore aliquantisper.

Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia: ego de me

Facio cõiecturã: nemo est meorũ amicorũ hodie, apud

Quem exponere omnia mea occulta Clitipho audeã:

Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius facti piget:

Ne ineptus, ne proteruos videar: quod illum facere credito,

Sed nostrum est intelligere, vt cunquẽ, atque vbicunquẽ que opus sit, obsequi.

Periculum per quod leuissimè perueniat. Neque enim. Iubetò sed per gradus quosda ad talem modum accedendũ erat.

Nam amantibus omnia sunt suspecta.

Ab exemplo paterno.

Ab exemplo paterno.

HEAVTONTIM.

S. Quid isthic narrat? Cl. per y Sy. Clitipho, hec ego precipio tibi,

Hominiis frugi & temperantis functus officium. Cl. tace sodes.

S. Rectè sanè. C. Syre, pudet me. S. credo, neque id iniuria.

Mihi, em-
phasi, ha-
bet.

Quin mihi molestum est. Cl. pergiu' hercle? Sy. verum dico, quod videtur.

Cl. Nonne accedam ad illos? Ch. eho quaso, vna accedundi via est?

S. Actum est. hic prius se indicavit, quàm ego argentum effero. Chreme,

Vin' tu homini stulto mihi ascultare? Ch. quid faciam? S. iube hunc

Abire hinc aliquo. Cl. quo ego hinc abeam? S. quo lubet: da illis locum.

Abi deambulatum. Cl. deambulatum? quo? S. vah, quasi desit locus.

Repetitio
per indignationem.
Imprecatio
in Syrum.
Rectè monet de filio
servando.

Abi sanè isthac, istersum, quo vis. Cl. rectè dicit, censeo.

Cl. Dij te eradicient Syre, qui me isthinc extrudis. S. at tu pol tibi istas

Post hac comprimito manus.

Censen' verò? quid illū porro credis facturū Chreme, Nisi eum, quantū dū dant tibi opis, servas, castigas, mones?

Nam, accu-
satio am-
phibologi-
ca.

Ch. Ego istud curabo. S. at qui nunc here hic tibi ad-
servandus est.

Ch. Fiet. S. si sapias. nam mihi iam minus, minusque obtemperat.

Ch. Quid

Ch. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egisti? Syre? aut
 Reperisti tibi quod placeat? an nondum etiam? Sy. de
 fallacia

Lauda de-
 nuo fallace
 seruum.
 Caput falla-
 cia.

Dicis? est, inueni nuper quandam. Ch. frugi es, cedo
 quid est?

S. Dicam? verum ut aliud ex alio incidit. Ch. quid-
 nam Syre? S. pessima hæc

Est meretrix. Ch. ita videtur. S. imo si scias.

Vab, vide quod inceptet facinus. fuit quædam anus
 Corinthia

Hic: huic drachmarum hæc argenti mille dederat mi-
 tuum.

Ch. Quid tum? S. ea mortua est: reliquit filiam ado-
 lescentulam:

Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Ch. in-
 telligo.

Valens cau-
 sa ad extor-
 quendū ar-
 gentum.

S. Hanc secum huc adduxit, ea quæ est nunc ad vxo-
 rem tuam.

Ch. Quid tum? S. Clinia orat, sibi uti nunc det illam:
 illi tamen

Post daturum mille nummum poscit. Ch. & poscit
 quidem? S. hui.

Dubium? ne, id est? C. ego sic putavi, quid nunc facere
 cogitas?

Sy. Ego? ne? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse cap-
 tam è Caria,

Dicē, & nobile si redimat, magnū inesse in ea lucrū.

Ch. Erras S. quid ita? C. pro Menedemo nunc tibi
 ego respondeo:

Fallaciam
 aperit.

HEAVTONTIM.

Parat se ad
aliam sce-
nam,

Non emo : quid ais ? S. optata loquere. C. at qui non opus est.

S. Non opus est ? C. non herclè verò. S. quid isthuc mirer. C. iam scies.

Mane mane, quid est, quòd tam à nobis grauitè crepuere fores ?

ACTVS QVARTI SCENA I. ARGVMENTVM.

Hæc scena Antiphilæ continet agnitionem, vnde iurgium inter virum & vxorem oritur. Chremes enim iusserat exponi partum, si puellam peperisset ipsa : quod factum non est, Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.

S O S T R A T A, matrona. CHREMES.
N V T R I X. S Y R V S.

Hæc cata-
trophe re-
rum Clitiæ
est & occa-
sio epitalæos
nouæ rerū
Clitiphoni-
nis

*N*isi me animus fallit, hîc profectò est annulus,
quem ego suspicor:

Is, qui cum exposita est gnata. C. quid volt sibi Syre, hæc oratio ?

So. Quid est ? is ne tibi videtur ? N. dixi equidem vbi mihi ostendisti, illico

Eum esse. S. at vt satis contemplata modò sis mea nūtrix. N. satis.

So. Abi iam nunc intrò, atq; illa si iam lauerit, mihi nuncia:

Hîc ego virum intereà opperibor. S. te volt: videas, quid velit.

Nescio quid tristis est: nō temere est metuo quid fiet ? C. quid fiet ?

Ne ista herclè magno iam conatu magnas nugas dixerit.

So. Ehem, mi vir. C. ehem mea vxor. So. te ipsum quaero. C. loquere quid velis.

So. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersum edictum tuum.

Insinuatio
à purgatione,

Facere esse ausam. C. vis' ne istibus tibi (et si incredibile est) credere?

Credo. Sy. nescio quid peccati portet hęc purgatio.

So. Memnisti n' me esse gravidam, & mihi te magnopere interminatum,

Si puellam parerem, nolle tolli? C. scio. quid feceris?

Sustulisti. So. si sic est factum. Sy. domina, ergo herus damno auctus est.

Damno auctus, ob dotem dandã. Excusat imprudentiã. Obiurgatio mordax,

So. Minimè; sed erat hic anus Corinthia, haud impura: ei dedi

Exponendam. C. ô Iupiter, tantum' ne esse in animo inscitiam?

So. Perij quid ego feci? C. rogitas? So. si peccani mi Chreme,

Insciens feci. C. id quidẽ ego, et si tu neges, certò scio, Te inscientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia:

Tot peccata in hac re ostendis: nam iam primũ, si meũ Imperium exequi voluisses: interemptam oportuit, Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare. At id omitto: misericordia, animus maternus: sino, Quàm bene verò abs te prospectum est, quid voluisti? cogita:

Nempe anni illi prodita abs te filia est planissime, Per te vel vii questum faceret, vel vii veniret palã: Credo id cogitasti: quibus satius est, dũ viuat modò.

HEAVTONTIM.

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque equum sciunt,

Melius, peius, profit, obsit, nihil vident, nisi quod lubet.

S. Mi Chreme peccaui, fateor, vincor: nunc hoc te obsecro,

Quantò tuus est animus natu grauior, ignoscentior, Vt me stultitiæ iustitiæ tua sit aliquid praesidiij.

C. Scilices equidem isthuc factum ignoscam: verum Sostrata.

Facilitas causa delinquendi.

Male docet te mea facilitas multa. sed isthuc quicquid est,

Qua hoc occeptum est causa? loquere. So. vt stultæ, & miseræ omnes sumus

Religiosæ, idest superstitiosæ.

Religiosæ: cum exponendam do illi, de digito anulum Detraho: & eum dico vt vnâ cum puella exponeret:

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis. C. Isthuc rectè, conseruasti te atq; illam. So. is hic est

Hem, stupētis est.

anulus.

C. Vnde habes? So. quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. Sy. hem.

Exolui, magnæ lætitiæ indiciū est.

C. Quid ea narrat? So. ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit

Anulū: nō aduorti primò: sed post quàm aspexi, ilico Cognoui: ad te exilui. C. quid nunc suspicare, aut inuenis

De illa So. nescio: nisi vt ex ipsa quæras, vnde hunc habuerit,

Si potis est reperiri. Sy. interij: plus spei video quam volo:

Nostra est, si ita est. C. viui' ne illa, cui tu dederas?

So. nescio.

C. Quid renunciauit olim fecisse? So. id quod iusserã!

C. Nomen mulieris cedò quod sit, vt queratur. So.

Philtera.

Sy. Ipsa est. mirum, ni illa salua est: & ego perij. C.

Sostrata,

Sequere intrò hac. So. vt præter spem euenit, quam timui malè,

Ne nunc animo ita es durus, vt olim in tollenda,

Chreme.

C. Non licet hominem esse sepe ita vt vult, si res non sinit:

Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus.

ACTVS QVARTI SCENA II:

ARGVMENTVM.

Post agnitam Antiphilam à Syro nouum queritur de inuenienda pecunia consilium. Oetonarij Iambici.

SYRVS.

Nisi me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium.

Ita herclè in angustū oppido nunc meę, cogūtur copie:

Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex,

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere

Nihil est triumpho, si licet me latere, tectè abscedere.

Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus.

Epitasis, nã subinde alia atq. alia consilia fallunt seruulum. Et videas Syri hinc tanquã Proteū in omnes formas verti.

HEAVTONTIM.

Metapho-
ra à brutis
vesectibus.

Ratiocina-
tio iaquire-
tis.

Metaphora
facera i pro-
fugo.

*Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro
ineunda est mihi.*

Nil tam difficile est, quin querendo inuestigari possit.

*Quid si hoc sic incipiam nunc? nihil est, quid si sic? i an-
tundem egero?*

*At sic opinor, non potest imò optimè: euge optumam
habeo.*

*Retrabam hercle, opinor, ad me illud idem fugitiuum
argentum tamen.*

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Clinia hic testatur quam gaudet de agnita Antiphila: &
à Syro admonetur, vt amici etiam Clitiphonis rem curet in
seruanda Bacchide. Iambici Quadrati Cathalexici, & Tro-
chaici plerique: Senarius vnus.

CLINIA. SYRVS.

Nulla mihi res posthac potest iam interuenire
tanta:

Catastro-
phe in per-
sonas spar-
gitor, & sub-
ijcitur, con-
sultatio quæ
ad epitafim
altera facit.

*Quæ mihi agritudinem afferat: tanta hæc legitima ob-
orta est.*

Dedo patri me nunc iam, vt frugalior sim: quã vult.

*S. Nihil me fefellit: cognita est: quantum audio huius
verba*

Isthoc tibi ex sententia tua obtigisse letor.

*C. O mi Syre, audistin' obsecro? S. quid ni? qui vsque
vna affuerim.*

C. Cui equè audisti cōmodi quicquã euenisse? S. nulli.

*C. Atq; ita me dū ament, vt ego nunc non tam me ap-
te causa* (nam.

Letor, quã illius, quã ego scio esse honore quouis dig-

S. Ita credo, sed nunc Clinia agè, da te mihi vicissim:

Nam

Nā amici quoque res est vidēda, in tuto vt collocetur:
 Ne quid de amica nunc senex. C. ō Iupiter. S. quiesce.
 C. Antiphila mea nubet mihi. S. siccine mihi interlo-
 quere?

C. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. S. fero hercle
 verò.

C. Deorum vitam adepti sumus. S. frustra operam
 hanc opinor sumo,

C. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages. C. agam. Sy. Syri confi-
lium.
 videndum est, inquam,

Amici quoque res, Clinia, tui in tuto vt collocetur.
 Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidē hic relinquis,
 Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis.
 Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc est.

C. At enim isthoc nihil enim magis Syre meis nuptijs
 aduersum

Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? S. Consilium
astutum ser
ui, cui tamē
non respon
debit euen
tus.
 quid ni?

C. Quid dicam? quam causam afferam? S. quin nolo
 mentiare:

Apertè, ita vt res sese habet, narrato. C. quid ais? iu-
 beo

Illam te amare, & velle vxorē hanc esse Clitiphonis.

C. Bonam atq; iustam rem oppidò imperas, & factu
 facilem:

Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare: vt celet
 Senem vōstrum. S. imò vt recta via rem narret ordi-
 ne omnem. C. hem,

Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum planè
 prodis:

HEAVTONTIM.

Nam qui ille poterit esse in tuo? dic mihi.

S. Huic equidem consilio palmando: hic me magnifice effero.

Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tanta astutiae,

Vera dicendo ut eos ambos fallam, ut cum narret senex Vester nostro istam esse amicam quae i, non credat tamen.

C. At enim spem isthoc pacto rursus nuptiarum omnem eripias:

Nam dum amicam hanc meam esse credet non committet filiam.

Tu fortasse quid me fiat, parvi pedis, dum illi consulas.

S. Quid (malum) me * tandem censes velle id adsimularier?

Vnus est dies, dum argentum eripio: pax, nihil amplius.

C. Tantum sat habes? quid tum queso, si hoc pater resciverit?

S. Quid si redeo ad illos, qui aiunt: QUID SIN VNC COELVM RVAT?

C. Metuo quid agam. S. metuis? quasi non ea potestas sit tua.

Quo velis in tempore, ut te exolvas, rem facias palam.

C. Age, age, traducatur Bacchis. S. optimè ipsa exit foras.

ACTVS QVARTI SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Bacchis irata ob decem minas nondum traditas, abitoram se adsimulat. Cum Syro expostulat. Tandem placata suafu eiusdem, cum omni strepitu ac turba transit ad Menedemum: tantisper dum Chremes fallatur.

Iambici Quadrati Catalectici.

BAC-

Iactantia Syri de sua astutia.

Clinia veretur ne perturbentur nuptiae. Alias, aetatem.

BACCHIS. CLINIA SYRVS. DROMO.
PHRIGIA ancilla.

S Alis pol proteruè me Syri promissa hùc induxerunt.

Decem minas, quas mihi dare pollicitus est. quod si is nunc

Me decipit, sepe obsecrans me, vt veniam frustra veniet.

Aut cùm venturã dixero, & constituerò: cùm is cerè Renunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi:

Decipiã, ac non veniã: Syrus mihi tergo pœnas pœdet.

C. Sacis scitè promittit tibi. S. a qui tu hanc iocari credis?

Faciet, nisi caueo. B. dormiunt: ego pol istos cõmouebo
Mea Phrygia audistin, homo iste modò quam villam demonstrauit

Charim? P. audiui. B. proximã esse huic fundo ad dexteram? P. memini.

B. Curriculo percurrere: apud eũ miles Dionysia agit.

S. Quid inceptat? B. dic me hic oppido esse inuitam, atque asseruari:

Verum aliquo pacto verba his me daturam esse, & venturam.

S. Perij herclè. Bacchis mane, mane: quò mittis istãc queso?

Iube maneat. B. abi. S. quin est paratum argentum.

B. quin ego maneo.

S. Atqui iam dabitur. B. vt lubet, num ego insto? S. an scin' quid fodes:

B. Quid? S. transeundum tibi ad Menedemum est, &

Meretricis excãdelcentis conuãstio de pecunia non dũ soluta.

Mera Bacchidis calliditas.

Memoris inducit meretricè, aptamque ad fallendum.

Disimulatio.

HEAVTONTIM.

tua pompa.

Metaphoricos & ioculariter ut seruum de cet.

Eò traducenda est. B. quam rem agis, scelus? S. ego ne? argentum cudo, Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas? S. non est temere.

B. Etiam, ne tecum hęc res mihi est? S. minimè: tuum tibi reddo.

Leuitas meretricis facile persuasæ.

B. Eat ut. S. sequere hęc, heus Dromo. D. quis me volit? S. Syrus. D. quid est rei?

S. Ancillas omneis Bacchidis traduce hinc ad vos properare.

D. Quamobrem? S. ne quæras: & ferant, quę secum hęc attulerunt.

Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu: Næ ille haud scit: hoc paulum lucri, quantum ei Damni adportet, tu nescis, quod scis Dromo, si sapias D. mutum dices.

ACTVS QVARTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentum accipit: Menedemi Chremes rursus miseretur ob traditam ad illum cum omni pompa sumptuosam Bacchidem, quam Cliniae non sui filij amicam putat. Senarij.

CHREMES. SYRVS.

Obiter, & Chremes producit ut magis appareat quantum fallatur.

I*Ta me dii amabunt, vt nunc Menedemi vicem Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali. Illancine mulierem alere cum illa familia? Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet, Ita magno desiderio fuit ei filius, Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi Quotidianos fieri, nec fieri modum,*

Opta-

Optabit rursus, ut abeat ab se filius.

Syrū optume eccū. S. cesso hūc adoriri C?h. Syre. S. hē.

Ch. Quid est? S. te mihi ipsum iam dudum exoptabam dari.

Ch. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

S. De illo quod dudum dictum ac factum reddidi.

Ch. Bona ne fides? S. bona hercle. Ch. non possum pati,

Quin tibi caput demulceam: accede hūc Syre,

Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.

S. At si scias quam scite mentem venerit.

C. Vah, gloriare euenisse ex sententia?

S. Non hercle verò, verum dico. C. dic. quid est?

S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem

Menedemo dixit Clinia, & ea graua

Secum adduxisse, ne tu id persentisceres,

Ch. Probè. S. dic sodes. Ch. nimium inquam. S. imo sic

satis,

Sed porrò ausculta, quod superest fallacia,

Sese ipse dicet tuam vidisse filiam:

Eius sibi complacitam formam, postquam aspexerit:

Hanc se cupere vxorē. C. modò quæ inuēta est? S. eam.

Et quidem iubebit posci. C. quamobrem isthuc Syre?

Nam prorsus nihil intelligo. S. vah, tardus es.

C. Fortasse S. argentum dabitur ei ad nuptias,

Aurum, atque vestem qui: tenes? ne? C. comparei?

S. Id ipsum. C. at illi ego neque do, nec despondeo.

S. Non? quamobrem? C. quamobrem? me rogas? homi-

ni fugitiuo dabo? S. ut lubet.

Non ego perpetuo dicebam, ut illam illi dares,

Verūm ut simulates. C. non mea est simulatio,

Adoritur
qui in fido
se celeriter
inuadit.

Blanda at-
trectatio.

Ironicos
verum di-
cit. Nam-
per eam ve-
ritatem se-
nes fallun-
tur.

Altera fal-
laciæ pars.

Incepit
Chremetis
tarditatem.

HEAVT ONTIM.

*Ita tu isthęc tua miscero, ne me, admisceas,
 Egøn' cui daturus non sim, vt ei despondeam?
 S. Credebam. C. minimè. S. scitè poterat fieri:
 Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,
 Eò cœpi. Ch. credo. Sy. cęterùm equidē isthuc Chreme
 Aequi. boni q; facio. C. atqui tum maximè
 Volo te dare operam, vt fiat, verùm alia via.
 S. Fiat: quæratur aliud, sed illud quod tibi
 Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
 Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet
 Eò nunc confugies: quid mea? num mihi datum est?
 Num iussi: num illa oppignorare filiam
 Meam me inuito potuit? verùm illud Chreme
 Dicunt. IVS SVMMVM, sępe summa malitia est.
 C. Haud faciam. S. imò alijs si licet, tibi non licet:
 Omnes te in lauta: & bene aucta parte putant:
 Ch. Quin egomet iam ad rem deferam. S. imò filium
 Iube potius. C. quā ob rem? S. quia enim in hunc sus-
 picio est
 Translata amoris. C. quid tum. S. quia videbitur
 Magis verissimile id esse, cūm hic illi dabit.
 Et simul conficiam facilius ego, quod volo.
 Ipse ad eò adest: abi, effer argentum. C. effero.*

ACTVS QVARTI SCENA VI. ARGVMENTVM.

Irafcitur Clitipho, a Syro placatur, eidem præscribente,
 quibus vti mox debeat verbis, & oratione apud patrem, pro
 amica ab illo argentum accepturus. Trimetri.

CLITIPHO. SYRVS.

Nulls

Ab auctori-
tate Chre-
metis co-
mis loqua-
tio.

Mira arte
argento e-
mungit fe-
nem.
Solvit ra-
tiones obj-
ciendas.

Alias iniu-
ria.

Peruasus
Chremetis
argentū ex-
hibet.

Conficiam,
pro efficiā,
verba cele-
ritatem in-
dicantia.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
 Quam inuitus facias, vel me hęc deambulatio,
 Quam non laboriosa, ad languorem dedit.

Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuò
 Miser aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidē.

Ut te quidem omneis dij, deæque, quantum est Syre,
 Cum isthoc inuento, cumque incepto perduint:

Huiusmodi mihi res semper cominiscere.

Vbi me excarnifices. Si tu hinc, quò dignus es:

Quam penè tua me perdidit proternitas?

C. Vellem hercle factum: ita meritus. **S.** meritus? quo
 modo?

Nę me isthuc ex te prius audisse gaudeo,

Quem argentum haberes, quod daturus iam fui.

C. Quid igitur dicam tibi vis? ab ijsti, mihi

Amicam adduxti, quam non liceat tangere:

S. Iam non sum iratus: sed scin' vbi sit tibi

Tua Bacchis? **C.** apud nos. **Sy.** non. **C.** vbi igitur? **S.**
 apud Cliniam.

C. Per ij. **S.** bono animo es, iam argētum ad eā deferes.

Quod ei pollicitus. **C.** garris, vnde id. **S.** à tuo patre.

C. Ludis fortasse me. **S.** ipsa re experibere.

C. Nę ego fortunatus homo sum, deamo te Syre.

S. Qua causa id fiat, caue quicquam admiratus sies,

S. Sed pater egreditur, obsecundato in loco.

Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

ACTVS QVARTI SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Chreme argentum adfert, quod det Clitiphoni. Ad postre-
 mum quæritur de sumpto faciendo filix causa.

Trimetri.

CHRE.

Impræca-
 tio nimiū
 considerati
 amantis.

Terribili-
 ter pronun-
 ciandum.

Ingēs amā-
 tis ardor.

HEAVTONTIM.

CHREMES CLITIPHO. SYRVS.

Audacia & arrogancia ferui herili filio hero- que ipsi im- perantis.

Vbi Clitipho nunc est? S. eccum me, inique. Cli. ec- cum hic tibi.

Ch. Quid rei esset, dixtin' huic? S. dixi pleraq; omnia.

Ch. Cape hoc argentum, ac defer. S. hei, quid stas lapis?

Quin accipis? Cl. cedo sanè. S. sequere hac me ocys.

Tu hic nos, dum eximus interea opperibere:

Nam nihil est, illic quòd moremur diutius.

Ch. Minas quidem iam decem habet à me filia,

Quas pro alimentis esse nunc duco datas.

Hasce ornamentis consequemur altere.

Porrò hec talenta dotis apposcent duo.

Quàm multa iniusta ac prava sunt moribus!

Mihi nunc relictis omnibus inueniendus est

Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

ACTVS QVARTI SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Incundum habet errorem Chremetis: qui Menedemum falli putat, dum ipse fallitur. Trimetri.

MENEDEMVS. CHREMES.

Sensim per- git eò, vt palam fiat. errasse Chre- metem vt in epitali fa- bulæ omnia seruulum consilia fal- lant. Quæso ob- iurgatoriū est.

Multò omnium nunc me fortunatissimum factum puto esse gnare, cum te intellico Resipiscere. C. vt erras? M. teipsū quærebā Chreme:

Serua, quod in te est filium, & me, & familiam.

C. Cedò, quid vis faciam? M. inuenisti hodie filiam.

C. Quid cum? M. hanc sibi vxorem dari volt Clinia.

C. Quæso, quid tu hominis es? M. quid. C. iam' ne obli- tus es

Inter nos quid sit edictum de fallacia,

Vt ea via abs te argentum auferretur? M. scio.

C. Es

C. Ea res nunc agitur ipsa: M. quid dixti Chreme? Credit est
Erravi, res acta est: quanta de spe decidi! intelligere
fallaciam,

C. Imò hæc, quæ apud te est, Chlitiophonis est
Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M. omnia.

C. Et illum aiunt velle vxorem, vt cum desponderim,
Des, qui aurum, ac vestem, atque alia quæ opus sunt,
comparet.

C. Id est profectò: id amicæ dabitur. C. scilicet
Daurum. M. vah. frustra igitur gauisus miser.

Quiduis tamen iam malo, quam huic amittere.

Quid nunc renuntiem abs te responsum Chreme,
Ne sentiat me sensisse, atque agre ferat?

C. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. M. sine,
Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuò Chreme.

C. Dic conuenisse, egisse te de nuptijs.

M. Dicam, quid deinde? C. me facturum esse omnia:
Generum placere: postremò etiam, si voles:

Desponsam quoque esse dicito. M. hem, isthuc volue-
ram.

C. Tanto ocysus te vt poscat, & tu id, quod cupis,
Quam ocysissime vt des. M. cupio. C. ne tu prope diem,
Vt istam rem video, istius obsaturabere.

Sed hæc vtut sunt, cautim & paulatim dabis,
Si sapias. M. faciam. C. abi intrò: vide quid postulent:

Ego domi ero, si quid me voles. M. sanè volo,
Nam te sciente faciam, quicquid egero.

ACTVS QVINTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Ad exitum iam properante Comœdia, Syri fallacia
detegitur, & Clinia nubet Antiphilam. Bacchidem Clitipho-

HEAVTONTIM.

nise esse amicam Menedemus offendit. Partim Trochaici, Tetrametri Catalectici, partim Iambici Senarij.

MENEDEMVS. CHRAMES.

Faceret ex
ordiū stul-
titiā Chre-
metis de-
claraturi.

E Go me non tam astutum, neq; ita perspicacem
esse, id scio:

Sed hic adiutor meus, & monitor, & permonstrator
Chremes,

Hoc mihi prestat, in me quiduis harū rerū conuenit,
Quę sunt dicta in stultum. Caudex, stipes, asinus,
plumbens:

Conuitia in
stultum.

In illum nihil potest: nam exuperat eius stultitiā hęc
omnia:

Ingeniū So-
stratæ stu-
pidū notat.

C. Obe, iam desine deos vxor gratulando obrundere,
Tuam esse inuentam gnātam, nisi illos ex tuo ingenio
iudicas,

Vt mihi credas intelligere, nisi idē dictum est centies.

Sed quid interim illic tā dudū gnatus cessat cū Syro?

Gaudiū de
aduentu se-
nis.

M. Quos ais homines Chremes cessare? C. hem, Me-
nedeme aduenis?

Dic mihi, Climæ quę dixi, nuntiasti ne? M. omnia.

Interiectio
profusi cœ-
chini.

C. Quid ait? M. gaudere adeo accepit, quasi qui cu-
piunt nuptias.

Metaphora
a figulis.

C. Haha ha. M. quid risisti? C. serui venēre in men-
tem Syri

Calliditates. M. itāne? C. vultus quoque hominum
fingit scelus.

Veterator,
qui vetas
est in astu-
tia.

M. Gnatus quòd se assimulat letum, id dicis? C. id.

M. idem isthuc mihi
Venit in mentem. C. veterator. M. magis si magis
noris, putes

Ita rem esse. C. ain'tu? M. quin tu auscultata. C. mane,
 hoc prius scire expeto,
 Quid perdidideris: nam ubi desponsam nuntiasti filio,
 Continud iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet
 Sponsæ vestem, aurum, ancillas opus esse, argentum
 vt dares.

M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neq. ipse gna-
 tus? M. nihil prorsus Chreme,
 Magis vnum etiam instare, vt hodie conficerentur
 nuptiæ.

Faceta in-
 deceptum
 ironia,

C. Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quic-
 quam? M. nihil.

C. Quamobrem? M. nescio equidem. Sed te miror, qui
 alia tam planè scias.

Sed ille tuum quoque Syrus idem mire finxit filium.
 Vt ne paululum quidem suboleat esse amicã hãc Cli-
 niæ.

Occupatio!

C. Quid ais? M. mitto iam osculari, atque amplexa-
 ri: id nihil puto.

C. Quid est. quod amplius simuletur? M. vab. C. quid
 est? M. audi modò,

Aperit fal-
 laciam.

Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò:
 Huc est intrò latus lectus, vestimentis stratus est.

Argumen-
 tū quintæ
 amoris li-
 neæ.

C. Quid postquam hoc est factum? M. dictum, factum:
 huc abiit Clitipho.

Honesta in-
 returpi in-
 sultatio in
 senem.

C. Solus? M. solus. C. timeo. M. Bacchis consecuta est
 illico.

C. Sola? M. sola. C. perij. M. vbi. abiere intrò, operuê-
 re ostium. C. hem,

Aliàs, comi-

Clinia hæc fieri videbat? M. qui t. n. meñ vna simul.

A

C. Filij

H E A V T O N T I M.

C. Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi.

Chremes
indignatur
in seipsum.

M. Quamobrem? C. decem dierum vix mihi est familia.

M. Quid? isthuc times, quod ille operam amico dat suo?

C. Imò quod amica. M. si dat. C. an dubium id tibi est?

Quenquam animo tam communi esse, aut leni putas,

Qui se vidente amicam patiatur suam? M. ha ha ha.

Quid ni? quod verba facilius dentur mihi.

C. Derides? meritò mihi nunc ego succenseo

Quot res dedere, ubi possem praesentiscere,

Nisi essem lapis? quæ vidi? vix misero mihi.

At ne illud haud incultum, si vivo ferent:

Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis?

Non tibi ego exempli satis sum? C. pra iracundia

Menedeme, non sum apud me. M. te ne isthuc loqui?

Non ne flagitium est, te alijs consilium dare,

Foris sapere, tibi non posse auxiliari?

C. Quid faciam? M. id quod me fecisse aiebas parum,

Fac te esse patrem sentiat, fac ut audeat

Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere.

Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.

C. Imò abeat potius multò, quovis gentium.

Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem,

Nam se illi pergam suppeditare sumptibus

Menedeme, mihi illhæc vero ad vastos res redit.

*M. * Quot incommoditates in hæc re, accipies, nisi caues?*

Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen

Post, & id ingratum. C. ah, nescis quàm doleam. M. ut lubet.

Aposiope
sis irato fa-
miliaris.

Recolit ac
retorquet
consilium.
datum.

Verba rigi
di patris.
Aliàs Quo-
incommo-
da tibi in
hac re ca-
pies nisi ca-
ues.

Quid

Quid hoc, quod rogo, ut illa nubat nostro? nisi quid est,

Quod mauis. C. imo & gener & affines placent.

M. Quid dotis dicam te dixisse filio?

Quid obticui? C. dotis? M. ita dico. C. ah. M. Chre-

me,

Ne quid vereare, si minus est: nihil dos nos mouet:

C. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:
Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem,
& filium,

Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. quam rem agis.

C. Id mirari te simulato, & illum rogitato, simul,
Quamobrem id faciam. M. quin ego vero, quamobrem id facias, nescio.

C. Egone? ut eius animum, qui nunc luxuria, & las-

ciua,
Diffluit, retundam, redigam, ut, quo se voriat, nesciat.

M. Quid agis? C. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem. M. sino.

Itane vis? C. ita. M. fiat. C. age iam ut uxorem accersat, paret.

Hic, ita ut liberos est æquum, dictis confutabitur.

Sed Syrum. M. quid eum? C. egone? si viuo, adeo, exornatum dabo,

Adeo depexum ut dum viuat, meminert semper mei:

Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat,

Non (ita me dij ament) auderet hæc facere viaque mulieri, que in me fecit.

Tacemus confilia, reijcimus dolores obticemus, quorum nos pudet.

Consilium Chremetis perturbati. Concessio irata contra pertinacem.

Nouum periculum Clitiphonis, ne metus illi superiores repente consulescant. Prouerbiu.

HEAVTONTIM.
ACTVS QVINTI SCENA II.
ARGVMENTVM.

Clitiphonem filium obiurgat propter amicam pater, idque adeò fit, vt sic admonitus redeat in viam, & Bacchide relicta uxorem ducat. Continet hæc scena, & callidum Syri consiliũ, quo catastrophem, id est, exitum euentumque negotij machinatur. Trochaici & Iambici Tetrametri: hi Acatalectici, illi Catalectici.

CLITIPHO. MENEDEMVS.
CHREMES. SYRVS.

Clitiphore
latu Mene-
demi se à
patre abdi-
catum cre-
dit.
Ab exem-
plo vulgi.
Beneuolen-
tiæ indiciũ.

I Tãne tandem quaeso Menedeme, vt pater
Tam breui spatio omnem de me eiecerit animum
patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admi-
si miser?
Volgo id faciunt. M. scio tibi esse hoc grauius multo,
ac durius,
Cui fit: verũm ego haud minus agrè patior id, qui
nescio,
Nec rationẽ capio, nisi quòd tibi benè ex animo volo.
Cl. Hic patrem astare aiebas? M. eccum. Ch. quid me
incusas Clitipho?

Carpit filiũ
de delicijs.

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ
tuæ:
Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in presentia
Quæ essent, prima habere, neq; consulere in longitudi-
nem:

Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses
perdere.

A ne cessa-
rio.

Vbi cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare,
Abij ad proximos tibi qui erãt: eis cõmisi, & credidi.

Ibi tuę stultitię semper erit presidium Clitipho:

Victus, vestitus, quò in tectũ te receptes. Cl. hei mihi.

C. Satius est, quam te ipso herede, hæc possidere Bacchidem.

S. Disperij, scelestus, quantas turbas conciui insciens.

Cl. Emori cupio. Ch. prius quęso disce, quid sit viuere
Vbi scies, si displicebit vita, tum isthoc vitior.

S. Hære, licet ne? Ch. loquere. S. at tuto. Ch. loquere.

S. quę ista est prauitas.

Quę ve amentia, quod peccaui ego, id obesse huic? Ch.
ilicet,

Ne te admisce, nemo accusat Syre te, nec tu arã tibi,
Neq; precatorem pararis. S. quid agis. Ch. nihil suc-
censeo

Nec tibi, nec huic: nec vos est equum, quod facio, mihi.

S. Abijt, ac rogasse vellem. Cl. quid? S. vnde mihi pe-
terem cibum

Ita nos abalienauit: tibi iam esse ad sororẽ intelligo.

Cl. Adò ne rem redisse, vt periculum etiam famis
mihi sit Syre?

S. Modo liceat viuere, spes est. Cl. quę? S. nos esuritu-
ros satis.

Cl. Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio
adiuuas?

S. Imò & ibi nunc sum: & vsque dudum id egi, dum
loquitur pater.

Et quantum ego intelligere possum. Cl. quid? Sy. non
abierit longius.

Cl. Quid id ergo? Sy. sic est, non esse horum te arbi-
tror. Cl. Quid isthuc Syre?

Accusatio
sui ipsius,

Eclipsis.
Transfert
culpam om-
nem in se,

Extremum
miseriarũ
fames,

Præ nimia
affectatio.
ne interci-
pit sermo-
nem,

HEAVTONTIM.

Callidū Syri consiliū, quo Catastrophē machinatur. *Satin' sanus es? S. ego dicam quod mihi in mentem, tu diudica.*

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio, Quae prior esset te, indulgebant, tibi dabant: nunc filia

Postquam est inuenta vera, inuenta est causa, qua te expellerent.

Cl. Est verissimile. S. an tu ob peccatum hoc, esse illū iratum putas?

Cl. Non arbitror. S. nunc aliud spectat: matres omnes filij:

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria Solent esse: id non fit. Cl. verum dicis: quid ergo nunc faciam

Syre? S. suspicionem isthanc ex illis quere rem: profer palam:

Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces curò, aut

Scibus cuius sis. Cl. rectè suades. faciam. S. sat rectè hoc mihi

*In mentem venit: namque adolescens * quàm minima in spe sicutus erit,*

Tam facilimè patris pacem in leges consociet suas. Et iam haud scio an' ne uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ,

Quid autem hoc? senex erit foras: ego fugio: adhuc quod factum est,

Miror non iussisse illico arripi me. ad Menedemum hinc pergam.

Eū precatorē mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

ACTVS

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Chremes filij occasione vxorem obiurgat: & mordacibus dictis impetit, salibusq non illepidis, & maternum animum in hac scena ob oculos ponit Terentius.

Eiusdem rationis præter Dimetrum vnum.

SOSTRATA CHREMES.

Profectò nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali:

Idq; adeo miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi

Veniri in mentem, mi vir. C. ob, pergin' mulier esse? vlam ego

Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?

At si rogitem iam, quid est, quod peccem, aut quamobrem hoc faciam, nescias.

In qua re nunc tam confidenter restas stultas? S. ego nescio.

C. Imo scis potius, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio.

S. Ob, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.

C. Non postulo: iam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen.

S. Facies? C. verum. S. non vides quantum mali ex ea re excites?

Subditum se suspicatur. C. subditum, ain' tu? S. certè, inquam, mi vir.

C. Confitere tuum non esse. S. ab, obsecro te isthuc inimicis fiet.

Egòne confitear meum non esse filium, qui sit meus?

Homo, per contemptū & cum stomacho pronunciandū; Notat mulierum importunitatem.

Repetitiō verbi cum stomacho. Imprecatio

Conuineas iuridicum verbum,

HEAUTONTIM.

C. Quid? metuis, ne non, cum velis: conuincas illum esse tuum?

S. Quod filia est inuenta? C. non, sed, quod magis credendum fiet

Notat vxo
ris mores,
ex filij mo-
ribus.

*Id, quod est consimilis moribus,
Conuincas facile ex te natū: nā tui similis est probè.
Nam illi nihil vniū est relictū quin id itidem sit tibi:
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur, quā seuerus: rem cum videas,
censeas.*

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Clitipho cum matre colloquens, suos sibi parentes commo-
strari cupit: qua ratione hanc admodum reddit sollicitam
Chremes contumeliose filium obiurgat.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

Valebat ad
matrem cō-
filium hoc,
propterea
mater pro-
ducitur.
Verba ma-
tris cōster-
natæ.
Iurandi ve-
tus mos pa-
rentum,
Asperitas
patris.

*SI nunquam illum fuit tempus mater, cū ego vo-
luptati tibi*

*Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro,
Eius vt memineris, atque inopis nunc te miserescat
mei:*

Quod peto, & volo parentes meos vt cōmostres mihi.

*S. Obsecro mi gnate, ni isthuc in animū inducas tuū,
Alienum esse. Cl. sum. S. miseram me, hoccine qua sisti
obsecro?*

*Ita mihi atq; huic sis superstes, vt ex me, atq; hoc na-
tus es.*

*Et caue posthac, si me amas, vnquam isthuc verbum
ex te audiam.*

Ch.

Ch. At ergo, si me metuis, mores caue in te esse istos
sentiam.

Ch. Quos. Cl. si scire vis, ego dicā: gerro, iner, fr aus
belluo,

Ganeo damnosus: crede, & nostrum te esse credito.

Cl. Non sunt hæc iam parentis dicta. Ch. non, si ex ca-
pite sis meo.

Natus, iē vt aiūt, Mineruā esse ex Ioue, ea causam agis

Patiar Clitipho flagitys tuis me infamem fieri.

S. Dī isthęc prohibeant. Ch. Deus nescio: ego quod po-
tero enitar sedulò

Quæris id quod habes, parentes. quod abest, non quæ-
ris patri

Quomodo obsequare: & vt serues: quod labore inue-
nerit,

Non mihi per fallacias abducere ante oculos? pudet
Dicere hac præsentē verbum turpe, at te illud nullo
modo

Facere piguit. Cl. ebeus, quam ego nunc totus displi-
ceo mihi:

Quàm pudet, neque quod principium inueniam ad
placandum scio.

ACTVS QVINTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Menedemi interuentu post turbationes tranquilla fiunt om-
nia: volenti datur Clitiphoni vxor Archonidis filia, Syro à
Chremete ignoscitur.

Trochaici Tetrametri, Iambicis quibusdam admistis.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO
SOSTRATA.

Contume-
liose in ab-
iectissimū
quemque.
Deos nescio
iratorū
more hæc.

Catastro-
phe.

A DELPHORVM:

E Nimuero Chremes nimis grauius cruciat adoles-
centulum,

Menede-
mus solus
hec secum.

Nimisque inhumanè, ex eo ergo, vt pacem conciliem,
optumè

Filiam, vt
nubat scili-
cet.

Ipsos video Ch. ehe, Menedeme, cur non accersi iubes
Filiã, & quod dixti dotis, firmas? C. mi vir te obsecro
Ne facias. Cl. pater obsecro mihi ignoscas. M. da ve-
niam Chreme:

Mirè sibi
ignosci po-
stulat.

Sine te ex orem. Ch. egone mea bona vt dem Bacchidi
dono sciens?

Metapho-
ra à repa-
gulo occlu-
dendo.

Non faciam. M. ad id non sinemus. Cl. si me viuũ vis
pater,

Ignosce. S. age Chremes. M. age quaso, ne tam obfir-
mate Chreme.

Pater, vox
deliberan-
tis.

C. Quid isthucẽ video non licere, vt cœperam, hoc per-
tendere.

M. Facis vt te decet. Ch. ea lege hoc adeò faciam, si
faciat,

Quod ego hunc æquum censeo. Cl. pater omnia faciã:
impera.

Ch. Vxorem vt ducas. Cl. pater. Ch. nihil audio. M. ad
me recipio:

Faciet. Ch. nihil etiam audio ipsum. Cl. perij. S. an du-
bitas Clitipho?

Ch. Imò vtrum vult. M. faciet omnia. S. hæc dum in-
cipias grauia sunt.

Blanda ma-
tris suasio.
Deformis
puella def-
criptio.

Dũq; ignores, vbi cognoris: facilia. Cl. faciam pater.
S. Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam
tu facilè ames.

Filiã Phanocrate nostri. Cl. rufã ne illam virginem,
Cesiam,

Casiam sparso ore, ad unco naso? non possum pater.

Ch. Eia vt elegans est, credas animum ibi esse. S. aliã dabo.

Cl. quid isthuc? quando quidem ducenda est, egomet habeo propemodum,

Quam volo. S. nũc laudo gnate. Cl. Archonidis filiã.

S. Perplacet. Cl. pater hoc nunc reslat. Ch. quia? Cl.

Syro ignoscas volo,

Quæ mea causa fecit. Ch. Vos valete, & plaudite.

FINIS HEAVTONTIM.

Syro ignoscitur.



ARGVMENTVM ADELPHORVM.

RIPVERAT Aeschinus lenoni mulier-
colam fratri gratificatus, qui illam amabat. Id
E postquam rescivit Demea, aspero & incommo-
do ingenio pater de eo peccato cum Mitione,
cui Aeschinum dederat adoptandum, expo-
stulat, quæriturque eius indulgentia corrumpi. Periclitantur ita-
que Aeschinus & seruuli, quomodo lenoni satisfiat: quomodo
celetur, Demea ne Ctesiphonis peccatum resciscat. Neque e-
nim tam ipse sibi, quàm frater curæ est.

Præterea amabat ingenuam quandam Aeschinus: cui fi-
dem dederat, vxorem se ducturum esse, quæ postquam raptã
audiuit psaltriam, graviter perturbata est, metuens ne desere-
retur. Habet hæc pars mira consilia, miras technas serui, qui-
bus fallitur Demea.

EPI T A S I S.

Resciscit Demea vitium oblatum esse ingenuæ, ab Aeschi-
no, ea verò de re miram tragœdiam excitat. Magis commo-
uetur, postquam deprehendit Ctesiphoni cum psaltriarem
esse. Misere etiam angitur Aeschinus, cum in discrimen ve-
nit, ne vxore excidat.

ADELPHORVM.

CATASTROPHE.


Hæ turbæ omnes prudentia & mansuetudine Mitionis sedantur. Primas itaque in hac fabula senes habent. Confertur enim cum aspero & inclementi patre, urbanus & comis pater, & huc omnia spectant, ut appareat in re domestica, publica commertijs hominum, ubique nullam esse, neque utiliore, neq. gratiorem virtutem comitate. Constat autem hæc comœdia magna ex parte accusationibus, & excusationibus crebras habet querelas, & pene tragica pathe. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

ADELPHORVM PERSONAE.

MITIO, senex.	SANNIO, leno.
SYRVS, seruus.	SOSTRATA, matrona.
GETA, seruus.	DROMO, seruus.
DEMEA, senex.	AESCHINVS, adolescens.
CTESIPHO, adolescens.	CANTARA, nutrix.
HEGIO, senex.	PAMPILLA, puerpera.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA. Senarij omnes.

D Vos cum haberet Demea adolescentulos,
 Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum.
 Sed Ctesiphonem retinet: hunc citharistriæ
 Lepore captum sub duro, ac tristi patre
 Frater celabat Aeschinus, famam rei,
 Amorem in se transferebat: denique
 Fidicinam lenoni eripuit, vitiauerat
 Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam,
 Eisdemque dederat, hanc sibi uxorem fore
 Demea iurgare, & grauius ferre. mox tamen
 Ut veritas patefacta est ducit Aeschinus
 Viuatam potitur, Ctesipho citharistriam,
 Exorato suo patre duro Demea.



ADELPHI TERENTII.



ACTA LVDIS FVNERALIB. Q.
 FAB. MAXIMO. P. CORN. AFRI-
 CANO ÆDIL. CVRVLIB. EGE-
 REL. ATTILIVS PRAENESTI-
 NVS, MINVTIVS PROTINVS.
 MODOS FECIT FLACCVS
 CLAVDI TIBIIS SARRANIS
 FACTA GRAECA MENANDRV.
 L. ANITIO, M. CORNELIO. COSS.

PROLOGVS Trimetri.



*Ostquàm Poëta sensit scripturam suam
 Ab iniquis obseruari, & aduersarios
 Rapere in peiorem partem, quam acturi
 sumus,*

Narratio

*Indicio de se ipse erit: vos eritis iudices:
 Laudi'ne, an vitio duci factum oporteat.
 Synapothnescontes Diphili comædia est:
 Eam commorientes Plautus fecit fabulam,
 In Græca adolescens est, qui lenoni eripuit
 Meretricem in prima fabula cum Plautus locum
 Reliquit integrum: eum hic locum sumpsit sibi
 In Adelpbos. verbum de verbo expressum extulit.
 Eam nos acturi sumus nouam, pernoscite,
 Furtum'ne factum existimetis, an locum*

Diphilus
 Poeta co-
 micus fuit.

Græca Lati-
 no stilo or-
 nauit.

ADELPHORVM.

Alia defen-
sio. Inuer-
sio.

Laus ab hu-
manitate.

Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare, assidueq; vnà scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsus est sine superbia.
Deinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient:
In agendo partem ostendent: facite æquanimitas,
Pœtæ ad scribendum augeat industriam.

Mitio hac
narratione
exponit

suam erga
filium vo-
luntatē sua
consilia de
educatione
exponit itē
consilia De-
mez.

Orditur au-
tem narra-
tionem à
collatione,
quæ exag-
gerat curā,
& amorem
erga filiū.

ACTVS PRIMVS SCENA I. ARGVMENTVM.

Admodum est sollicitus Mitio, quòd nondum, à cœna redie-
rit filius Aeschinus. Ostendit in liberis educandis lenitate
plus quàm asperitate parentes proficere. Senarij.

MITIO. senex.

S Torax, non redijt hac nocte à cœna Aeschinus,
Neque serulo v̄ quisquam, qui aduersum ierāt
Profectò hoc verè dicunt: si absis vspiam, aut
Si vbi cesses, euenire ea satius est,
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa quæ parentes propitiij,
Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut te te amari, aut potare, aut animo obsequi:
Et tibi bene esse soli, cum sibi sit malè.
Ego quia non redijt filius, quæ cogito,
Quibus nunc sollicitior rebus, ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfrugerit aliquid.

Vab,

Vah, quenquam ne hominem in animo instituere,

Aut parare, quod sit charius, quam ipse est sibi?

Atqui ex me hic non natus est sed ex fratre: is adeò

Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia.

Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium

Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,

Vxorem nunquam habui: ille contra hæc omnia:

Ruri agere vitam semper parce ac duriter

Se habere: vxorem duxit: nati filij

Duo: inde ego hunc maiorem adoptavi mihi,

Eduxi à parvulo: habui, amavi pro meo:

In eo me oblecto: solum, id est, charum mihi.

Ille ut vitam contra me habeat, facio sedulo

Do, prætermitto, non necesse habeo omnia.

Pro meo iure agere: postremò alij clanculum

Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,

Ea ne me celet, consuefeci filium.

Nam qui mentiri, aut fallere insueserit patrem, aut

Audebit: tantò magis audebit cæteros.

PRO DORE ET LIBERALITATE *liberos*

Retinere satius esse credo, quam metu.

Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.

Venit ad me sepe clamitans. Quid agis Micio?

Cur perdis adolescentem nobis? cur amas?

Cur potat? cur tu bis rebus sumptus suggeris?

Vestitu nimio indulge, nimium ineptus es.

Nimium ipse durus est, præter æquum & bonum.

ET ERRAT LONGE, *mea quidem sententia,*

Qui imperium credat grauius esse aut stabilius.

Ut quod sit, quam illud, quod amicitia adiungitur?

Mitionis,
ta clemēs
& otiosa
Demea vi-
ta laborio-
sa & auste-
ri.

Epiphome-
na.

Fratri con-
silia.

Retorques
correptio-
ne.

Contrariū
inferendo.

ADELPHORVM.

Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:

Malo coactus qui suum officium facit,

Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:

Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.

Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.

Indulgētia affectū ad disciplinā reuocat. *Studet par referre: presens, absensq; idem erit.*

Hoc patrium est, potius consuefacere filium

Sua sponte rectē facere, quam alieno metu.

Hoc pater ac dominus interest: hoc qui nequit,

Fateatur nescire imperare liberis.

Hic fenarius perficitur initio scenæ sequentis. *Sed est ne hic ipse de quo agebam, & certē is est.*

Nescio quid tristem video: credo iam, ut solet,

Iurgabit, saluum te aduenire Demea,

Gaudemus.

ACTVS PRIMUS SCENA II.

ARGVMENTVM.

Demea Aeschinam absentem petulentiæ grauitè accusat: excusat eundem Micio, plus nimio indulgens pater.

Hic attende lenem Mitionem, asperum Demeam induci à Terentio. Senarij.

DEMEA. MITIO, senex.

Congressus senum qui velut superiorem Mitionis orationem cōprobat & amplificat. Propositio generalis.

HEm oportunè te ipsum querito.

Mi. Quid tristis es? De. rogitas me? ubi nobis

Aeschinus

Sic, quid tristis ego sim? M. dixi' ne hoc fore?

Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quem neq; pudet

Quicquam, neq; metuit quenquam, neq; legem putat

Tenere se vllam: nam illa, quæ ante hac facta sunt,

Omitto. modò quid designauit? M. quidnam id est?

D. Foras effregit, atque in aedeis irruit.

Alie-

*Alienas: ipsum dominum, atq; omnem familiam
Multavit vsque ad mortem eripuit mulierem,*

*Quam amabat: clamant omnes indignissime
Factum esse hoc aduenienti quod mihi Mitio*

Dixeret in ore est omni populo denique

Si conferendum exemplum est, non fratrem videt

Rei dare operam, ruri esse parcum, ac sobrium?

Nullum huius simile factum? hæc cum illi Mitio

Dico, tibi dico: te illum corrumpi sinis.

M. HOMINE IMPERITO nunquam

quid quam iniustius:

Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

D. Quorsum isthuc? M. quia tu Demea hæc male iudicas.

Non est flagitium (mibi crede) adolescentulum

Scortari, neque potare, non est, neque fores

Effringere. hæc si neque ego, neque tu fecimus,

Non sinit egestas facere nos: tu nunc tibi

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Iniurium est. nam si esset unde id fieret,

Faceremus; & tu illum tuum si esses homo,

Sineres nunc facere, dum per etatem licet,

Potius quam ubi te spectatum eiecisset foras,

Alienore etate post faceret tamen.

D. Pro Iuppiter, tu homo adigis me ad insaniam.

Non est flagitium facere hæc adolescentulum? M. ab,

Asculca, ne me obtundas de hac re sepius,

Tuum filium dedisti adoptandum mihi?

Is meus est factus: si quid peccat Demea,

Mihi peccat, ego illi maximam partem feram.

Amplificatio ab exemplo.

Excusatio facti per consultationem.

Id plerumque visu venit.

Dissimulatio callida

Mitiosis;

qua placare fratrem

conatur.

Tragica exclamatio.

Argumentatio per inductionem

Varroli. vid

de Orig. legit,

Scortatur, potat,

&c;

ADELPHORVM.

* Obsonat, potat, olet vnguenta, de meo.

Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodū:
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.

Fores effregit? restituentur. discidit

Vestem? resarcietur: est (dij's gratia)

Per oratio.
Plus laudis
consilium
quam natu-
ra conse-
quitur.

Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt?

Postremò aut desine, aut cedò quemuis arbitrum:

Te plura in hac re peccare ostendam. D. hei mihi,

Pater esse disce ab alijs, qui verè sciunt.

M. Natura tu illi pater es, consilijs ego

D. Tu'ne consulis quicquam? M. ab, si pergis, abiero.

D. Siccine agis? M. an ego toties eadem de re audiã?

D. Curæ est mihi. M. & mihi curæ est. verùm Demea

Curemus æquam vterque partem, tu alterum,

Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum

Reposcere illum est, quem dedisti. D. ab Mitio.

M. Mihi sic videtur. D. quid isthuc? tibi si isthuc pla-

cet,

Concessio
ironica.

Profundat, perdat, per eat, nihil ad me at tinet.

Iam si verbum vnum posthac. M. rursum Demea

Irascere? D. ab. non credis? repetòne quem dedi?

Aegrè est: alienus non sum, si obsto: hem desino.

Vnum vis curem, curo, & est dij's gratia:

Cùm ita, vt volo est: iste tuus, ipse sentiet

Posterius: nolo in illum grauius dicere.

Iste, per cõ-
temptum.

Correptio
dissimula-
tionis.

Argumētũ
â contra-
rio. Repre-
hensiones
leues.

M. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit: tamen

Non nihil molesta hæc sunt mihi: sed ostendere

Me aegrè pati illi nolui: nam ita est homo:

Cùm placo, aduersor sedulo & deterreo:

Tamen vix humanè patitur: verùm si augeam,

Aut

*Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
 Insaniam profectò cum illo. et si Aeschinus
 Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
 Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit
 Aliquid? postremò nuper (credo iam omnium
 Tædebat) dixit velle uxorem ducere,
 Superbam iam deseruisse adolescentiam
 Gaudebam, ecce autem de integro: nisi quidquid est,
 Volo scire, atque hominẽ conuenire, si apud forum est.*

Apostrophe
 fis.

ACTVS SECVNDI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Senibus omissis describitur Aeschini factum iurgantis cum lenone. Nec error est poëtæ, quòd hic fiant, quæ facta esse De mea dixit, qui fortasse rumore nuncio acceperat fecisse Aeschinum, quod facturum ille se minatus fuerat.

Iambici Octonarij, partim Catalectici, partim Acatalectici, & Trochaici, Tetrametri Catalectici. Vnus prætereà Dimeter,

SANNIO, leno. AESCHINVS.

O Bsecro populares? ferte misero, atque innocenti auxilium:

*Subuenite inopi. Ae. otiosè: nunc iam illicò hic consiste
 Quid respectas? nihil periculi est: nunquam dum ego
 adero, hic te tanget.*

S. Ego istam inuitis omnibus.

Ae. Quanquam est scelestus, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet.

S. Aeschine audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum.

Leno ego sum. Ae. scio. Sa. at ita, vt vsquam fuit fide quisquam optima.

Omissis senibus describitur Aeschini factum iurgantis cum lenone, est que hæc periculi protasis.

ADELPHORVM.

Huius, vel
stipulā, vel
sūma digi-
ti ostēdens
dicit,

*Tu quòd te posterius purges, hanc iniuriā mihi nolle
Factam esse: huius non faciam, crede hoc, ego meum
ius persequar.*

*Neq; tu verbis solues vnquam, quod mihi re malefe-
ceris.*

*Noui ego vestrā hęc, nollem factum, iusiurandum da-
bitur, te esse*

*Indignum iniuria hac: indignis quum egomet sim ac-
ceptus modis.*

*Ae. Abi prestrenuē, ac fores aperi. Sa. cæterum nihil
hoc facis.*

Abi, ad Par-
menonem
concitatus
loquitur.

*Ae. I, intrò nunc iam. S. at enim non sinam. Ae. ac-
cede illūc Parmeno.*

*Nimiū isthòc abisti: hīc propter hūc assiste. hē, sic volo
Cauē nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimo-
ueas tuos,*

*Ne mora sit, si inuenerim, quin pugnas continuò in
mala hereat.*

*Sa. Isthuc volo ergò ipsum experiri. Ae. hem, serua,
omite mulierem.*

Exclama-
tio volup-
tantis.

*Sa. O facinus indignum. Ae. geminabit, nisi caues. S.
hei misero mihi.*

*Ae. Non inueneram: verum in istam partem potius
peccato tamen.*

*I, nunc iam. S. quid hoc rei est? regnum'ne, Aeschine,
hic tu possides?*

Ae. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.

*S. Quid tibi rei mecum est? Ae. nihil. S. quid? nostin'
ne qui sim? Ae. non desidero.*

*S. Tetigi'ne tui quicquam? Ae. si attigisses, ferres in
fortis-*

fortunium.

S. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua argentum dedi?

Responde, Ae. ante ædis non fecisse erit melius hic cõnitium.

Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripere, atq; ibi

Cominatio
vehementior.

Vsq; ad necẽ operiere loris. S. loris liber? Ae. sic erit.

S. O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?

Ae. Si satis iam debacchatus et leno, audi, si vis nũc iam.

S. Ego ne debacchatus sũ in te, an tu in me? Ae. omitte ista, atque ad rem redi.

Superbè cõtemnit dicta lenonis

S. Quam rem, quo redeam? Ae. iam'ne me vis dicere, quod ad te attinet?

S. Cupio, modò æqui aliquid. Ae. vah, leno iniqua me non volt loqui.

Ironicos.

S. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentiũ, Periurus, pestis: tamẽ tibi à me nulla est orta iniuria.

Imprecatio
Stultè negat se venditurum, quod perdit.

Ae. Nam herclè etiam id restat. San. illuc quæso redi, quò cœpisti Aescbine. (malè.

S. Minis viginti tu illam emisti: quæ res tibi vortat Argenti tantum tibi dabitur. S. quid si ego tibi illã nolo vendere,

Liberalis causa, quæ continet actionem liberationis. Tragica exclamatio.

Coges me? Ae. minimè. S. namque id metui. Ae. neq; vendendam censeo,

Quæ libera est: nã ego illã liberali assero causa manu Hunc vide vtrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam,

ADELPHORVM.

Delibera hoc, dum ego redeo leno. s. prò supreme Iu-
piter.

Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.

Domo me eripuit, verberavit, me invito abduxit
meam.

Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tra-
dier.

Homini misero plus quingentos colaphos infregit
mibi.

Verum enim, quando benè promeruit, fiat: suum ius
postulat.

Hic mira
arte insa-
no conce-
ditur.

Age iam cupio, si modò argentum reddat, sed ego hoc
ariolor:

Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me: de argento somnium: mox, cras redi.
Id quoq; possum ferre, si modò reddat: quanquam in-
iurium est.

Verum cogito, id quod res est, quando eum questum
occeperis,

Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentiū est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes
deputo.

Cōsilia ser-
ui, quibus
eludit leno-
nem, atque
commodè
subiecit sta-
tim concer-
tationi quæ
fuit cum eo
Aeschino.

ACTVS SECVNDI SCENAE II.
ARGVMENTVM.

Sanio quæritur de iniuria sibi facta ab Aeschino, & Syri con-
filijs luditur. Iambici partim Tetrametri, partim Senarij.

SYRVS, seruus. SANNIO.

T Ace, egomet conueniam iam ipsum: cupide ac-
cipiat iam faxo: atque etiam

Benè

Benè dicat secum esse actum. quid isthuc Sannio est,
quòd te audio

Nescio quid concertasse cum hero? Sa. nunquam vidi
iniquius

Certationem comparatam, quam hęc hodie inter nos
fuit.

Ego vapulando, ille verberando vsque ambo defessi
sumus.

Sy. Tua culpa. Sa. quid agerent, Sy. adolescenti mo-
rem gestum oportuit.

Sa. Quid potuit melius, qui hodie vsque hos præbui?

Sy. age, scis quid loquar?

PECUNIAM IN LOCO negligere, ma- Metaphorā
ab aucupi-
bus.
ximum interdum est luctrum. Sa. hui.

Sy. Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum,
atque

Adolescenti esses morigeratus hominum homo stul-
tissime,

Ne nunc tibi isthuc fœneraret. Sa. EGO STREM-
pretio non emo.

Sy. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines.
Sannio.

Sa. Credo isthuc melius esse: verum ego nūquam adeò
astutus fui,

Quin quicquid possem, malletm auferre potius in præ- Mos auarorū,
sentia.

Sy. Age, noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi
sint viginti minæ,

Dum huic obsequare. prætereà autem te aiunt profi-
cisci Cyprum. Sa. hem.

ADELPHORVM.

*Sy. Coëmisse, hinc quæ illuc ueberes multa nauem
conductam hoc scio.*

*Animus tibi pendet ubi illinc spero redieris, tamen
hoc ages.*

Aposiopesis,

Sa. Nusquam pedem, perij herclè, hac illi spe hoc inceperunt. Sy. timet.

Metaphora à lapillis articulos urgentibus.

*Inieci scrupulum homini. Sa. ô scelera illuc, vide,
Ut in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum:
Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximû est:
Nunc si hoc omittam, actum agam, ubi illinc rediero,
Nihil est, refrixerit res: nunc demum venis?*

Cöploratio

*Cur passus? ubi eras? ut sit satius perdere,
Quàm ut hic nunc manere tandiu, aut iùm persequi.
Sy. Iam ne enumerasti id quod ad te rediturû putes?
Sa. Hoccine illo dignum est? hoccine incipere Aeschinum?*

Metaphora ab arbore reiecta. Nunc conqueritur de iniuria, cû damnû quoque sentit.

*Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?
Sy. Labascit. vnum hoc habeo: vide si satis placet,
Potius quàm venias in periculum Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face:
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi,
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.
Prætereà colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper defraudet? nusquam ab eo. Sy. lubet.
Nunquid vis, quin abeam? Sa. imò herclè hoc quaeso
Syre.*

Diuertit se tandem ad preces,

*Ut hæc sunt facta, potius quàm lites sequar,
Meum mihi reddat, saltē quanti emptæ est, Syre.*

Scio

Scio non te vsum ante hac amicitia mea:

Memorem me dices esse, & gratum. Sy. sedulo

Faciam. sed Ctesiphonem video: letus est

De amica. Sa. quid quod te oro? Sy. paulisper mane.

Parasceue,

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Ctesipho fratrem laudat, & commendat, agitque gratias absenti pro accepto beneficio. Tetrametri Iambici.

CTESIPHO. SYRVS.

A *Bs quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas,*

Verum enimvero id demum iuuat: si, quem equum est bene facere, is facit.

O frater frater, quid ego nunc te laudem? satis certe scio.

Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua.

Itaque vnam hanc rem ne habere preter alios precipiam arbitror,

Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.

Sy. O Ctesipho. C. o Syre. Aeschinus ubi est? Sy. illum, te expectat domi. C. hem.

Sy. Quid est? C. quid sit? illius opera Syre nunc viuo: festiuum caput.

Qui omnia sibi postularit esse pro meo commodo. Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.

*Nihil pote supra, sed * quisnam foris crepuit? S. mane, mane, ipse exit foras.*

Spargitur in personas Aeschini factum, idone tam Ctesipho praedicat, nempe ad quem fructus redita. Summa fratris laudatio.

Veri fratris descriptio. * Acron. legit, quidnam fores crepuit?

ADELPHORVM.
ACTVS SECVNDI SCENA IIII.
ARGVMENTVM.

Colloquuntur fratres: agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna. Iambici Tetrametri.

AESCHINVS. SANNIO. CTESIPHO. SYRVS.

Aeschinus **V**BI ille est sacrilegus? Sa. mène quærit? nūquid
feruat ad-
uersus leno-
nem super-
biam.

Nihil video. Ae. ehem opportunè, te ipsum quærito:
quid fit Ctesipho?

In tuto est omnis res, omitte verò tristitiam tuam.

*Assentato-
res coram
laudant.*

C. Ego illam herclè verò omitto? qui quidem te ha-
beam fratrem.

O mi Aeschine, ô mi germane, ah, vereor coram in-
os te laudare amplius,

Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum,
facere existimes.

*Insinuatio
beneficij in
periculo,
collati.*

Ae. Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos
Ctesipho,

*Extenuatio
delicti.*

Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse, & penè in eū
locum

Redisse, vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxi-
liarier.

*Mitis est, ex
de Bacchan-
te scilicet,
& aultero.*

Ct. Pudebat. Ae. ah, stultitia est isthæc, non pudor:
tam ob paruolam

Rem penè ex patria, turpe dictu. Deos queso vt isthæc
prohibeant.

Ct. Peccaui. Ae. quid ait tandem nobis. Sannio? Sy-
iam mitis est.

*Inconstan-
ter à leno-
ne dictum.*

Ae. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam; tu intrò ad
illam Ctesipho.

Sa. Syre insta. S y. eamus: namque hic properat in Cy-
prum.

prum. Sa. ne tam quidem,
 Quāuis etiā maneo otiosus hic. Sy. reddetur, ne time.
 Sa. At vt omne reddat. Sy. omne reddet; tace modo:
 ac sequere hāc. Sa. sequor.

C. Heus heus Syre. Sy. bē, quid est? C. obsecro herclē,
 hominem istum impurissimum

Quam primum absoluitote, ne si magis irritatus fiet,
 Aliqua ad patrem hoc permanet, at que ego tunc per
 petuò perierim.

Sy. Non fiet, bono animo esto, tu cum illa te intus o-
 blecta interim,

Et lectulos iube sterni nobis, & parari cetera.

Ego iam transacta re conuertam me domum cum ob-
 sonio.

Ct. Ita queso? quando hoc bene successit, hilarem hunc
 sumamus diem.

ACTVS TERTII SCENA I.

ARGVMENTVM.

Solicitam inducit Sostratam, ob filia, quæ ex Aeschino gra-
 uida est, vicinum partum Iambici & Trochaici permisti.

SOSTRATA. CANTARA.

O bsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid
 fiet rogas? rectē.

A edepol spero. S. modò dolores, mea tu, occipiunt pri-
 mulum.

C. Iam nunc times, quasi nunquam adfueris: nunquā
 tute pepereris?

S. Miseram me, neminem habeo: solę sumus: Geta au-
 tem hic non adest:

Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat
 Aeschinum.

Honesta in
 te turpi pe-
 riphraſis.

Seruus mag-
 nificè lo-
 quitur.

Aliud peri-
 culum Aes-
 chini: nam
 palam fit
 oppressam ab
 eo ingenuā
 & muliercu-
 lā in me-
 tum conij-
 ciuntur pro-
 pter raptā
 psaltriam.

HEAVTONTIM.

Amatorius affectus.
Factum laudat ob conditionem nuptiarum,

C. Pol is quidem iam hîc aderit: nam nunquam unquam intermittit diem,

Quin semper veniat. S. solus mearum miseriarum est remedium.

C. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est hera:

Quando vitium oblatum est: quod ad illum attinet potissimum,

Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.

S. Ita pol est, ut dicis: saluus nobis, Deos queso, ut fiet.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Geta Sosratae seruus commotior, heræ nuntiat Aeschinum alio captum amore: puellam eripuisse lenoni. Tetrametri partim Iambici, partim Trochaici, & Dimeter vnus.

G E T A, seruus. S O S T R A T A, C A N T A R A.

Tragica cōquestio seruuli de iniuria Aeschini, viam autē facit ad epitasim. Seculum ac cusat ut à tēpore mores carpat.

Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,

Atque huic malo salutem querant, auxilij nihil afferant.

Quod mihi que, heræ que, filię que herili est. vae misero mihi

Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest:

Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.

Hoc cine seculum, ò scelera, ò genera sacrilega, ò hominem impurum.

S. Me miseram, quidnam est, quod sic video timidam,

& pro-

Et properantem Getam?

C. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia

Geta quarti moniã per sequitur per exaggerationem.

Repressit, neque reflexit, neq; quòd paratus instabat prope,

Cui misere indignè per vim vitium obtulerat. S. non intelligo

Satis quæ loquatur. C. propius obsecro accedamus Sostrata. G. ab.

Cum pòdere & stomacho pronũtiãda, nam ira animũ impedit.

Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

Nihil est quod malim quam illam totam familiam dari mihi obuiam,

Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum egritudo hæc est recens.

Hypotiposis cum nutu & gestu pronũciãda,

Satis mihi id habeam supplicij: dum illos vlciscar modò.

Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus,

Tum autem Syrum impulsorem, vab, quibus illum lacerarem modis

Sublime medium arriperẽ, & capite primum in terram statuerem,

Vt crebrò dispergat viam.

Adolescenti ipsi eriperem oculos: post hæc precipitem darem:

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.

R. litera canina iram indicat.

Sed cesso heram hoc malo impertiri propere? S. reuocemus: Geta.

ADELPHORVM.

Præ iracundiã vix tandem cognoscit heram.

Interruptus sermo ob indignationem.

Argumentum magni amoris. Apolliopeffis amare flentis.

Exaggeratio oratorie vehementios capitũ postremo posuit.

Frustra in metum cõiectæ mulierculæ vt in fabula plusculum esset turbatum.

G. Hem, quisquis est, sine me. S. ego sum Sostrata. G. ubi ea est? teipsam quærito.

Te expecto: oppidò opportune obtulisti mihi obuiam, Hera. S. quid est? quid trepidas? G. bei mihi. S. quid festinas mi Geta?

Animura recipe. C. prorsus. S. quid istud prorsus ergo est? G. periiimus:

Actum est. S. eloquere obsecro quid fiet. G. iam. S. quid iam Geta?

G. Aeschinus. S. quid ergo is? G. alienus est à nostra familia. S. hem,

Perij: quare. G. amare occepit aliã. S. vae miserę mihi!

G. Neque id occultè fert: à lenone ipsius eripuit palã.

S. Sain' hoc certè? G. certè hisce oculis egomet vidi Sostrata. S. ab, ab,

Me miseram, quid credas iam? aut cur credas? nostrum' ne Aeschinum,

Nostram vitam omnium, in quo nostrę spes, omnesq; opes sitæ

Erant, qui sine hac iurabat se vnum vnquam victurum diem?

Qui se in suo gremio positurum puerum dicebat: patrem

Ita obsecraturum, vt liceret sibi hanc vxorẽ ducere.

G. Hera lacrimas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus est, porro consulè:

Patiamur' ne an narremus cui piã. Can. hau, hau, mi homo sanus ne es?

An hoc proferendum tibi vsquam esse videtur? G. mihi quidem non placet.

Tam primum illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat:

Nunc si hoc palam proferemus, ille inficiabit, sat scio, tua fama, & gnata vita in dubium veniet: tum si maxumè

Getae con-
filium.

Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari: Quapropter quoquo pacto celato est opus. S. ah, minime gentium:

Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem mea Sostrata, vide quam rem agas.

S. Peiore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est:

Primum indotata est: tum praeterea, quae secunda ei dos erat,

Perijt: pro virgine dari nuptum non potest: hoc reliquum est,

Si inficiabit, testis mecum est anulus, quem amiserat.

Postremo quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul,

Neque pretium, neque rem ullam intercessisse: illa aut me indignam Geta experiar.

G. Quid isthuc? accedo ut melius dicas. S. tu quantum potes

Abi, atque Hegioni, cognato huius, rem omnem narrato ordine.

Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit ma-

G. Nam hercle alius nemo respicit nos. S. propera: tu mea Canthara.

Curre, obstetricem accerse, ut cum opus sit: ne in mora nobis fiet.

(xime. Simulus Sostratae maritus, pater puellae vitiatae ab Aeschino.

ADELPHORVM.
ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Malè est Demeæ, quod filium Ctesiphonem adiuerit vnà
adfuiffe cùm eriperet mulierem Aeschinus. Senarij,

DEMEÆ.

Demea so-
lus hæc se-
cum,

Demeæ af-
tutia.

Disperij: Ctesiphonem audiui filium.
Vnà affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Quid alicui rei est, etiam eum ad nequitiam adducere.
Vbi ego illum queram? credo abductum in ganeum
Aliquò: persuasit ille impurus, sat scio,
Sed eccum Syrum ire video: hinc scibo iam vbi fiet.
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum queritare, nunquam licet carnufex.
Non ostendam me id velle.

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Commendatur Ctesiphio, vituperantur Mitio & Aeschinus,
callide vtrunque Syrus facit. Demea autem narratione
virtutum Ctesiphonis plurimum gaudet. Senarij.

SYRVS. DEMEÆ.

Mirè face-
ro & callido
commento
eluditur De-
mea ne Cte-
siphonis
peccatum
resciscat.

OMnem rem modò seni,
Quo pacto se haberet, enarramus ordine:
Nihil quicquam vidi lætius. D. pro Iuppiter.
Hominis stulticiam. S. collaudavit filium:
Mibi, qui dedissem consilium, egit gratias.
D. Disrumpor. S. argentum adnumeravit illico.
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ.
Id distributum sanè est ex sententia. D. hem,
Huic mandes si quid rectè curatum velis.

S. Ehem

S. Ehem Demea, haud aspexeram te, quid agitur?

D. Quid agatur? vestram nequeo mirari satis

Rationem. S. est vercle inepta: ne dicam dolo, at que

Absurda, pisces ceteros purga Dromo.

Congrum istum maximum in aqua sinulo ludere

Paulisper: vbi ego venero, exossabitur:

Prius nolo. D. heccine flagitia? S. mihi quidem non

placent,

Et clamo saepe, salsamenta haec Stephanio

Fac macerentur pulchre. D. diu vestram fidem.

Vtrum studione id sibi habet, an laudi putat

Fore, si perdidit gnatum: ve misero mihi,

Videre videor iam diem illum, cum hinc egens

Profugiet aliquo militatum. S. o Demea.

ISTHVC EST sapere, non quod ante pedes modò est

Videre, sed etiam illa, quae futura sunt.

Prospicere. D. quid? isthaec iam penes vos psaltria est?

S. Est iam intus. D. ehò: an domi est habiturus? S. cre-

do, vt est

Dementia. D. haecine fieri flagitia? S. inepta lenitas

Patris, & facilitas praua. D. fratris me quidem

Pudet, pigetq;. S. nimium inter vos Demea,

Ac non, quia ades praesens, dico hoc, pernimum in-

terest:

Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es:

Ille iuulis, somnium, sineres verò illum tuum

Facere hec? D. sinere illum? an non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperit?

S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. sic fiet

Modò, vt nunc est, queso. S. vt quisq; suum vult esse,

P

ita.

Piget ob da-
na, pudet
obturpia.

Senis vigi-
lantia.

Priscianus,
legit ceret.

ADELPHORVM:

Aliàs Satin
scisibi esse.

ita est.

D. Quid eum vidistin' ne hodie? S. tuum' ne filium?

D. Abigam hinc rus. S. iam dudum aliquid ruri agere
arbitror,

D. Satin' scis ibi eum esse? S. ob, qui egomet produxi.

D. optime est.

Laus filij di
ligentis.

Metui, ne haberet hic. S. atq; iratum admodum.

D. Quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud foris

De psaltria isthac. D. ain verò? S. vah, nihil reticuit:

En profuso
gaudio lac-
chrymę e-
rumpunt.

Nam vt numerabatur forte argentum, interuenit

Homo de improviso: cepit clamare, Aeschine,

Hæcine flagitia facere te? hæc te admittere

Indigna genere nostro? D. ob, lacrumo gaudio.

S. Non tu hoc argentum perdis: sed vitam tuam.

D. Saluos sit: spero, est similis maiorum suum. S. hui.

D. Syre. præceptorum plenus istorum ille. S. phy.

Dom. habuit, vnde discere. D. fit sedulò,

Nihil prætermitto, consuefacio: denique

Inspicere tanquam in speculum vitas omnium

Iubeo, **AT QV E E X** alyis sumere exemplum sibi.

Hoc facito. S. rectè sanè. D. hoc fugito. S. callide.

D. Hoc laudi est. S. isthęc res est. D. hoc vitio datur.

S. Prohissimè. D. Porro autem. S. non hercle otium est

Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententia

Nactus sum, hi mihi ne corrumpantur, cautio est.

Nam id nobis tam flagitium est, quam illa Demea

Non facere vobis, quæ modo dixi: & quod queo,

Conseruis ad eundem isthunc præcipio modum:

Hoc falsum est, hoc adustum, hoc lautum est parum,

Illud rectè iterum sic memento, sedulò

Porro autè
initium vl-
terioris ora-
tionis inter-
ruptæ per
Syrum.

Præcepta
Demea ad
coquinaria
vsque delu-
dit.

Moneo

Moneo quæ possum pro mea sapientia.

Postremò tanquam in speculum in patinas Demea

Inspicere iubeo: & moneo, quid factò vsus fiet.

Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio,

Verum quid facias, vt homo est, ita morem geras.

Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.

S. Tu rus hinc abis. D. rectè. S. nã quid tu hic agas,

Vbi si quid benè præcipias, nemo obtemperat?

D. Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc
veneram,

Rus abiit: illum curò vnum, ille ad me attinet:

Quando ita volit frater: de isthoc ipse viderit.

Sed quis illic est, quem procul video? est'ne hic Hegio

Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. vah, homo

Amicus nobis iam vnde à puero. Dij boni

Ne illiusmodi tam nobis magna civium

Penuria est. homo antiqua virtute, ac fide:

Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè

Quàm gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias

Restare video! vah, viuere etiam nunc libet.

Opperiar hominem huc, vt salutem & colloquar.

ACTVS TERTII SCENA V.

ARGVMENTVM.

Hegio docet Sostratæ filiam iniquè ab Aeschino tractatam, ac tandem vitiatam esse, id factum nunc Demeæ narrat.

Senarij.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

PRò dū immortales, facinus indignum Geta:

Quid narras? G. sic est factum. H. ex illa ne fa-

milia

Gnatonis
sententia.
Causa dice-
dendi, vt fa-
bula confir-
metur.

Epitafis pa-
lā fa cit Aef-
chini pec-
catum.

A D E L P H O R V M.

Pater, Mi-
tio scilicet.

Tam illiberale facinus esse ortum? ô Aeschine,
Pol haud paternum isthuc dedisti. D. videlicet
De psaltria hac audiuit: id illi nunc dolet

Ciuis &
matura cõ-
minatio.

Alieno: pater id nihili pendit: hei mihi,
Vtinam, propè adesset alicubi, atque audiret hæc.
H. Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
G. In te spes omnis Hægio nobis sita est:

Artificiofa
expostula-
tio.

Te solum habemus. tu es patronus, tu pater.
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu, perimus. H. caue dixeris:
Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror.

D. Adibo. saluere. Hægionem plurimum
Iubeo. H. te quærebam ipsum: salue Demea.

D. Quid autem? H. maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti neque boni,
Neque liberalis functus officium est viri.

D. Quid isthuc. H. nostrum amicum noras Simulum,
Atque equalem? D. quid ni? H. filiam eius virginem
Vitiavit. D. hem H. mane, nondum audisti Demea
Quod est grauissimum. D. an quicquam est etiam am-
plius?

Collatione
amplificat.
Narratio.

H. Verò amplius: nam hoc quidem ferendum aliquo
modo est:

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:
Humanum est, ubi scit factum ad matrem virginis
Venit ipsius vltro, lachrumans, orans, obsecrans,

Conclusio
accusatio-
nis per iro-
niam.

Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.
Ignotum est, tacitum est, creditum est: virgo ex eo
Compressu grauida facta est: mensis hic decimus est.
Ille bonus vir nobis psaltriam (si dys placet)

PATA

Parauit, qui cum uiuat: illam deserat.

D. Pro certo ne tu istec dicis? H. mater virginis

In medio est, ipsa virgo, res ipsa. hic Geta

Præterea, ut aptus est seruulorum, non malus,

Neque iners, alit illas, solus omnem familiam

Sustentat: hunc abducere, vicini: quere rem.

G. Imò herclè extorque, nisi ita factum est Demea:

Postremò non negabit, coram ipso cedo.

D. Pudet: nec quid agam, neque quid huic respondeã,

Scio. P. miseram me, differor doloribus

Iuno Lucina fer opem, serua me, obsecro. H. hem,

Numnam illa quæso parturit? G. certè Hegio. H. hẽ,

Illhac fidem nunc uostram implorat Demea.

Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.

Hac primùm ut fiant, Deos quæso, ut uobis decet:

Sin aliter animus uester est, ego Demea.

Summa uis hanc defendam, atque illum mortuum.

Cognatus mihi erat: unà pueris paruoli

Sumus educati: unà semper militiæ & domi

Fuimus: paupertatem unà pertulimus grauem.

Quapropter nit ar, faciam, experiar: denique

Animam relinquam potius, quàm illas deseram.

Quid mihi respondes? D. fratrem conueniam, Hegio.

Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.

H. Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites:

Quam uos facillimè agitis, quàm estis, maxumè

Potentes, dites, fortunati, nobiles:

Tam maxumè uos equo animo æqua noscere

Oportet: si uos uultis perhiberi probos.

D. Redito? fient, quæ fieri equum est omnia.

Pamphila
parturiendo
hæc dicit.
Argumentũ
à coniectu
ris.

Causã red-
dit cur ad-
uersarius fu-
turus sit.

Incrementũ
Persuasiõ à
laude probi-
tatis.

Epiphone-
ma.

ADELPHORVM.

H. Decet te facere. Geta, duc me intro ad Sostratam.

D. Non me indicente hæc fiunt: vtinam hoc sit modo

Defunctum: verum nimia illhæc licentia

Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.

H. Bono animo fac sis Sostrata, & istam, quod potes,

Fac consolere: ego Mitionem, si apud forum est,

Conueniam, atque vt res gesta est, narrabo ordine.

Si est, facturus vt sit officium suum,

Faciat: sin aliter, de hac re est eius sententia,

Respondeat mihi, vt quid agam, quàm primùm sciã.

ACTVS QVARTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Probi adolescentis ingenium, moresque hac scena exprimi-
tur Syrus Ctesiphonem instituit, quemadmodam responde-
re debeat patri, initio scenæ ostendit non rarò contingere,
vt filij optent parentum absentiam, si quando solutius viue-
re ac ingenio indulgere statuerint. Tetrametri, lambi-
ci Trochaicis quibusdam admistis. Dimeter vnus.

CTESIPHON. SYRVS.

Hic cõpen-
dio osten-
ditur quid
sit iam lo-
cuturus.

A In patrem hinc abiisse rus? S. iam dudum. Ct.
dic sodes. S. apud villam est.

Nunc eum maximè operis aliquid facere credo. Ct.
vtinam quidem,

Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorsus à lecto nequeat sur-
gere.

S. Ita fiat, & isthoc si quid potis est rectius. Ct. ita:
nam hunc diem

Miserè ni-
mis

Assueratio
comica.

Miserè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitiis
degere,

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia
Prope est: quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quam huc reuerti posset
iterum.

Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurreret, sat
scio:

Rogabit me ubi fuerim, quem ego hodie non toto vidi
die.

Quid dicam? S. nihil? ne in mente est? C. nunquam quic
quam. S. tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? C. sunt: quid
postea?

S. Hisce opera vt data sit. C. quæ non data sit? non po
test fieri. S. potest.

C. Interdum: sed si hinc pernoctio, causæ quid dicam Syre?
S. Vah, quam vellẽ etiam noctu amicis operam mos
esset dari!

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrẽ calleo:
Cum feruit maximẽ, tam placidum, quam ouem red
do. C. quomodo?

S. Laudarier te audit libenter, facio te apud illum
deum.

Virtutes narro. C. meas? S. tuas: homini illico lachru
mę cadunt

Quasi puero, gaudio, hem, tibi autẽ? C. quidnam est?
S. lupus in fabula.

C. Pater ne est? S. ipse est. S. Syre, quid agimus? S. fu
ge modo intrò: ego videro.

C. Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin? S. potius:
vt desinas?

Solicitudi
nem pater
nam norat.
Bonus ado
lescens me
tiri nescit,
nec vult.

Hyperbole:

Silẽtij pro
uerbium.

Ecclipsis
properan
te apta.

ADELPHORVM.
ACTVS QVARTI SCENA II.
ARGVMENTVM.

Quæritur Demea, quòd fratrem non repererit. idem à Syro deluditur, locum in quo sit frater bifariam describente, Trochaici, Tetrametri, admittis Iambicis quibusdam.

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS.

Nusquam
gen. magis
sonorâ red
dit oratio-
nem

Ridicula
querela se-
nis.

Obnuntian-
tur mala, an
nuntiantur
bona.

Diffidentia
Ctesipho-
nis expauo-
re.

Eluditur de
prehendat
Ctesipho-
nem.

NAE ego homo sum infœlix: primùm fratrem
nusquam inuenio gentium:

Prætereà autè, dum illum quero, à villa mercenariũ
Vidi: is filium negat esse ruri. nec quid agam, scio.

C. Syre. S. quid ais? C. mène quærit?

S. Verum. C. perij. S. quin tu animo bono es.

D. Quid hoc (malum) infœlicitatis? nequeo satis dis-
cernere,

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miserijs.

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:

Primus porro obnuntio: egre solus, si quid fit, fero.

S. Rideo hũc: primũ ait se scire, is solus nescit omnia.

D. Nunc redeo, si fortè frater redierit, viso. C. Syre

Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. S. etiam
taces?

Ego cauebo. C. nunquam herclè hodie ego isthuc com-
mittam tibi:

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam,
id tutissimum est.

S. Age, tamen ego hunc amouebo. D. sed eccum scele-
ratum Syrum.

S. Non herclè hũc quidem durare quisnam, si sic fit,
potest.

Scire quidem volo, quot mihi sint domini, quæ hæc
est

est miseria?

D. Quid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? est frater domi?

S. Quid (malum) bone vir mihi narras? equidem perij. D. quid tibi est?

S. Rogitas? Ctesipho pugnis me miserum, & istam psaliriam

Vsq̄ue occidit. D. hem, quid narras? S. hem, viden' vt discidit labrum?

D. Quamobrem? S. y. me impulsore hanc emptam esse au. D. non tu eum rus hinc modò

Produce aiebas? S. factū: verū venit post insaniens: Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senē, Quem ego modò puerum taucillum in manibus gestavi meis?

D. Laudo Ctesipho: patrisas, abi, virum te iudico.

S. Laudas? nē ille continebit posthac, si sapiet, manus.

D. Fortiter. S. perquam. quia miseram mulierem, & me seruolum,

Qui referire non audebam, vicit: hui perfortiter.

D. Non potuit melius: idē sensit quod ego, te esse huic rei caput,

Sed estne frater intus? S. non est. D. vbi illum quæram, cogito.

S. Scio vbi sit: verum hodie nunquam monstrabo. D. hem, quid ais?

S. Ita. D. diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen nescio

Illius hominis, sed locū noui vbi sit. D. dic ergo locū.

S. Nostin', porticum apud Macellum hanc deorsum?

Verfuta Syri fictio, qua senem eludit. Callida inuentio.

Ironia. Huic cū gestu seruili pronuntiandum. Hoc dicit, vt auidius inuestiget.

Perplexa descriptio.

ADELPHORVM.

D. quidni nouerim?

S. Præterito hac recta platea sursum: ubi eò veneris, Cluos deorsum vorsum est: hac te præcipitato: postea Est ad hanc manū facellū: ibi angiportū propter est.

C. Quò nam? S. illic ubi etiam caprificus magna est. nostin? D. noui. S. hæc pergito.

D. Id quidem angiportum non est peruium. S. verum

Callidè mē hercle. vah,

dacium si S. Censē hominē me esse? erravi. in porticū rursū redi,

mulando Sane hæc multò proprius ibis & minor est erratio.

verorem

palliat.

Scin? Cratini huius ditis & deis? D. scio. S. ubi eas præ-

Alia loci terieris,

descriptio. Ad sinistra hæc recta platea: ubi ad Dianæ veneris,

Ito ad dextram. priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum

Est pistrilla, & ex aduersum est fabrica: ibi est. D. quid ibi facit?

Ironicos.

S. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit.

Ubi potetis vos. D. sanè bene. sed cesso ad eū pergere?

S. Sane, ego te exercebo hodie, vt dignus es, silicerniū.

Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur.

Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciā mibi:

Nam iam adibo, atque vnumquidq; quod quidem erit bellissimum,

Carpam: & cyat hos sorbillans, paulatim hunc producam diem.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Rogat Mitionem Hegio, vt Sofstratam adeat, narraturus illi,

Illi, suspicionem alienati à Pamphila Aeschini, ortam esse propter ereptam Ctesiphoni psaltriam.

Iambici, Tetrametri & Trochaici quidam.

MITIO. HEGIO.

E Go in hac re nihil reperio, quam ob rem laudem tā
topere Hegio:

Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum
est, corrigo.

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui
ita putant.

Sibi fieri iniuriā, vltro si quā fecere ipsi: expostulant
Et vltro accusant: id quia non est à me factum, agis
gratias.

H. Ah. minimè nunquam te aliter, atque es, in ani-
mum induxi meum.

Sed quaeso, vt vnā mecum ad matrē virginis eas Mitio:
Atque isthæc eadē quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illam
psaltriam.

M. Si ita equum censes, aut si ita opus est factum, ea-
mus. H. bene facis:

Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac
miseria

Tabescit: & tuo officio fueris functus, sed si aliter pu-
tas,

Egomet narrabo, quæ mihi dixti. M. imò ego ibo. H.
benefacis.

OMNES QUIBUS RES sunt minus secunda,
magis sunt nescio quomodo

Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt ma-
gis,

Viam ster-
nit ad cata-
strophem.

Officium

in boni vi-
ri.

Iniurioso-
rum mos,

is in-
surgit

is in-
surgit

is in-
surgit

Succinctim
de re la-

quitur, cò
quod am-

bo intelli-
gebant,

is in-
surgit

is in-
surgit

is in-
surgit

is in-
surgit

Omnes in
fortunati

maxime su-
spiciosi.

ADELPHORVM.

*Propter suam impotentiam: se semper credunt negligi:
Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.*

M. Et rectè, & verum dicis. H. sequere me ergo hanc intro. M. maxime.

ACTVS QVARTI SCENA III. ARGVMENTVM.

Hæc verba Dolet vehementer Aeschinus in suspicionem venisse se apud
repentino Sostratam & Pamphilam, quòd amare psaltriam cæperit:
nūcio, Aeschini animi percussum indicant.
Iambici Quadrati, & Trochaici Tetrametri.

AESCHINVS.

Discrucior animi: hoccine de improviso mali
mibi obijci

*Tantum, vt neque quid de me faciam, nec quid agam,
certum fiet?*

*Membra metu debilia sūt, animus timore obstupuit,
Pectore consistere nihil consilij quit. vah, quo modo
Me ex hac expediam turba tanta? nunc suspicio de me
incidit,*

*Neque ea immeritò, Sostrata credit, mihi me psal-
triam hanc*

Emisse. id anus mihi indicium fecit.

*Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi
vidi illicò*

*Accedo, rogitò, Pamphila quid agat: iam ne partus
adsiet:*

*Eò ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi
iam Aeschine:*

*Satis diu verba dedisti nobis, satis adhuc tua frustra-
ta est fides.*

Hem,

*Hem, quid isthuc obsecro inquam est? valeas, habeas
illam, quæ placet.*

Valeas, sic
in Andria,
Valent qui
inter, &c.

*Sensi illicò id illas suspicari: sed me repressi tamen,
Ne quid de fratre garrule illi dicerē, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod mi-
nimè est opus*

*Usquam efferri. agè mitto, fieri potis est, vt ne quæ
exeat.*

*Ipsum id metuo vt credant: tot concurrūt verisimilia.
Egomet rapui: ipse egomet solui argenium: ad me
abducta est domum:*

*Hæc adeò mea culpa fateor fieri: nõ me hæc rē patri,
Vt ut erat gesta. indicasse: exorassē, vt eam ducerem.
Cessatum vsque adhuc est. nunc porrò Aeschine ex-
pergiscere.*

Exortatus
scipsum,

*Nunc hoc primum est: ad illas ibo, vt purgem me: ac-
cedam ad fores.*

Aliàs, Vbi
hasce pulta
re occipio
miser.

*Perij horresco semper, vbi pultare hasce occipio fo-
res.*

*Heus, heus, Aeschinus ego sum, aperite aliquis actus
tum ostium.*

Prodit nescio quis. concedam huc.

ACTVS QVARTI SCENA V. ARGVMENTVM.

Mirè faceto commento nouum incutit Aeschino metum
pater, ostendens alij viro nupturam Pamphilam. Tandem
amoto ludo agere serio incipiens, filij animum gaudio explet,
futuram promittens, vt illam ipse ducat vxorem.

Partim Trochaici Tetrametri, partim Iambici Trimetri, in
fine quadrati quidam.

MITIO, AESCHINVS,

ADELPHORVM.

Catastro-
phe cepta
est, sed eam
priusquam
absoluat mi-
re faceto
conmento
nouam me-
tum.

Aeschino
incurtit pa-
ter, quod ta-
mē quia nō
habet seria
querelam
breuiter tra-
ctat, & sine
tragicistiche
matibus.
Eclipsis.
Incipit fig-
mentū ve-
ro admissū.
Cum obie-
ctione pro-
nunciandū,
vt nuptia-
rum spem
adumat.
Eclipsis.
Ex alio tā-
git Aeschi-
num.

Ita vii dixi, Sostrata,

Facite: ego Aeschinum conueniam: vt quomodo
acta hęc sint, sciat.

Sed quis ostium hoc pultauit? Ae. pater herclē estis
perij. M. Aeschine.

Ae. Quid huic hęc negoti est? M. tu' ne has pepuli-
sti fores?

Tacet: cur non ludo hunc aliquantis per? melius est:

Quandoquidē hoc nunquam mihi ipse voluit credere?

Nihil mihi respondes? Ae. nō equidē istas. quod sciam.

M. tu' anē? nam mirabar quid hic negoti esset tibi.

Erubui: salua res est. Ae. dic sodes pater,

Tibi verō quid isthic est rei? M. nihil mihi quidem:

Amicus quidam me à foro abduxit modō

Huc aduocatum sibi. Ae. quid? M. ego dicam tibi,

Habitant hęc quędam mulieres pauperculę,

Vt opinor, has non nosse te, & certō scio:

Neq; enim diu hęc cōmigrarunt. Ae. quid tu' postea?

M. Virgo est cum matre. Ae. perge. M. hęc virgo or-

ba est patre:

Hic meus amicus illi genere est proximus:

Hic leges cogunt nubere hęc. Ae. perij. M. quid est?

Ae. Nihil, rectē perge. M. is venit, vt secum auerat:

Nū habitat Mileti. Ae. bem, virginē vt secū auerat?

M. Sic est. Ae. Miletum vsque obsecro? M. ita. Ae.

animum malē est.

Quid ipse? quid aiū? M. quid istas censes? nihil enim.

Commenta mater est, esse ex alio viro,

Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:

Priorem esse illum, non oportere huic dari.

Ae. Eho,

Ae. Eho, non'ne hæc iusta tibi videntur postea?

M. Non. *Ae.* obsecro non? an illã hinc abducet, pater?

M. Quid ni illã abducatur? *Ae.* factum à vobis duriter,
Immisericorditer, atque etiam si est, pater,
Dicendum magis apertè, illiberaliter.

M. Quamobrem? *Ae.* rogas me? quid illi tandem cre-

diis

Fore animi misero, qui illi consuevit prius,
(Qui infœlix, haud scio an illam nunc miserè amat)
Cum hanc sibi videbit præsens præsentem eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum, pater.

M. Qua ratione isthuc? quis despondit? quis dedit?
Cui? quando nupsit? auctor his rebus quis est?

Cur duxit alienam? *Ae.* an sedere oportuit

Domi virginem tam grandem, dum cognatus* hinc
Illinc veniret, expectantem? hæc mi pater

Te dicere equum fuit, & id defendere.

M. Ridiculè, aduersum'ne illum causam dicerem,
Cui veneram aduocatus? sed quid ista Aeschine

Nostra? aut quid nobis cum illis? abearnus, quid est?

Quid lacrumas? *Ae.* pater obsecro, ausculta. *M.* Aes-

chine, audiui omnia,

Et scio: nã te amo, quò magis, quæ agis, curæ sũt mihi.

Ae. Ita me velim promeretè ames, dũ viuas mi pater,

Vt me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehemẽ-

ter dolet.

Et me tui pudet. *M.* credo herclè: nam ingenium noui

tuum

Liberale: sed vereor, ne indiligens nimium sies,

In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?

Immiseri-
corditer ad
uerbiũ mul-
tarum syl-
labarum in-
dignationis
aptum.

Clam hic
pater ob-
iurgatur,
quod fue-
rit cõsci-
us. Donat. le-
git, hinc il-
linc. Ama-
torie & pue-
rilitate.

Hac vltima
de espera-
tio cogit
Aeschinum
fateri ve-
ram.

Amica & le-
nit obur-
gatio ex ar-
te, à loco à
facto.

Virgi-

ADELPHORVM.

At humanū tamē, Terē
 tuis summa
 arte indu-
 citMitione
 leniter ac-
 cusantem. Demeā af-
 perē blan-
 dientem.

*Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere:
 Iam id peccatum primū magnum, at humanū tamen:
 Fecere alij ſape item boni, at poſt quā id euenit: cedo,
 Nunquid circunſpexti, aut nūquid tue proſpexti tibi
 Quid fieret? qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,
 Quā reſciſcerem? hæc dum dubitas, menſes abierunt
 deſem,
 Prodi diſti & te, & illam miſeram, & gnatiū, quod
 quidem in te fuit.
 Quid? credebas dormienti hæc tibi conſecturos Deos,
 Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum
 domum?
 Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo.
 Bono animo es, duces vxorem hanc. Ae. hem. M. bono
 animo & inquam. Ae. pater,
 Obſecro, num ludis tu nunc me? M. ego te? quam ob
 rem? Ae. neſcio,
 Niſi quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eò verior
 magis.
 A. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem ac-
 ceſſas: abi.
 Ae. Quid? iam ne vxorem? M. iam? Ae. iam? M. iam
 quantum potes. Ae. dij me pater
 Omnes oderint, ni magis te, quā oculos nunc amo
 meos.
 M. Quid? quā illam? Ae. æque. M. per benigne. Ae.
 quid? ille ubi eſt Mileſius?
 M. Abijt, periijt, nauem aſcendit. ſed cur ceſſas? Ae.
 abi pater,
 Tu potius deos comprecare nam tibi eos certe ſcio,
 Quo*

Quò vir melior multò es quàm ego, obtemperaturos magis.

Bonæ indo-
lis adoles-
cens,

M. Ego eo inuò, vt quæ opus sunt, parentur. tu fac, vt dixi, si sapias.

Ae. Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?

Si frater, aut sodalis esset, qui magis morè gereret?

Hic nõ amãdus? hic inè non gestandus in sinu est? hẽ.

Itaq; adcò magnã mihi iniecit sua cõmoditate curã,

Ne forte imprudens faciam, quod nolui: sciens cauebo.

sed cesso ire inuò. ne mora meis nup. ijs egomet siem.

ACTVS QVARTI SCENA VI.

ARGVMENTVM.

Demea ambulando fatigatus, de Syro quæritur, quòd non aperte satis comonstrauerit locum, ybi frater esset.

Senarij.

DEMEA.

D Efessus sum ambulando: vt, Syre te, cum tua
Monstratione magnus perdat Iuppiter.

Perreptauì vsque omne oppidum, ad portam, ad lacũ

Quò nõ? neq; illic fabrica vlla erat, neq; fratrem homo

Vidisse se aiebat quisquam. nunc verò domi

Certum obsidere est vsque, donec redierit.

Anhelãs so-
lus hæc se-
cum loqui-
tur.

Perreptauì,
aptum seni
verbum.

ACTVS QVARTI SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Demea de vitio virgini oblato, & nuptijs resticitiis fingitur iam tumulturi, sed postea placatur.

MITIO DEMEA.

I Bo, illis dicam nullam esse in nobis moram.

D. Sed eccum ipsum, te iam dudum quero Mitio.

M. quidnam? **D.** fero alia flagitia ad te ingenia

Demea de
nuptijs ref-
cicit.

Is fingitur
iam tumult-
uari verã
postea pla-
cabitur.

ADELPHORVM.

Boni illius adolescentis. *M.* ecce autem *D.* noua,
Capitalia. *M.* obe, iam. *D.* nescis qui vir sit. *M.* scio.

D. Ab, stultie, tu de psaltria me somnias agere:

Hoc peccatum est in virginem ciuem. *M.* scio.

D. Eho, scis, & patere? *M.* quidni patiar? *D.* hic mihi

Non clamas? non insanas? *M.* non * malum quidem.

D. Puer natus est. *M.* dij bene uolant. *D.* virgo ni-
hil habet.

M. Audiui. *D.* & ducenda indotata est? *M.* scilicet.

D. Quid nunc futurum est? *M.* id enim quod res ipsa
fert:

Illinc huc transferetur virgo. *D.* o Iuppiter,

Isthoccine pacto oportet? *M.* quid faciam amplius?

D. Quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi isthuc do-
let,

Simulare certè est hominis. *M.* quin iam virginem

Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ:

Dempsi metum omnem: hæc magis sunt hominis. *D.*
ceterum

Placet tibi factum Mitio? *M.* non si queam

Mutare: nunc cum non queo, æquo animo fero.

ITA VITA est hominum, quasi cum ludas tesseris:

Si illud, quod est maximè opus iactu, non cadit,

Illud, quod cecidit fortè, id arte ut corrigas.

D. Corrector: nempe tua arte viginti minæ

Pro psaltria periere, quæ, quantum potest,

Aliquò obijcienda est, si non pretio, ad gratis.

N. Neq; est. neque illam sane studeo vendere.

D. Quid igitur facies? *M.* domi erit. *D.* pro diuum fi-
dem,

Mere-

Ironia:
 Alij uolunt
 Mitionem
 dicere. Ma-
 lim quidè,
 alij Demeã.

Corrector
 indignatio-
 nẽ indicat.
 Non uult
 Ctesipho-
 nem prode-
 re.

Meretrix, & mater familias erit vnà in domo?

M. Cur non? D. sanum ne te credis esse? M. equidem arbitror.

Quicum, id est cū qua

D. Ita me dij ament (vt video ego tuam ineptiam)

Facturum credo, vt habeas qui cum cantites.

M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet? M. scilicet.

Restim, ar te de locū reconditū,

D. Tu inter eas restim ductans salutabis. M. probè.

Et tu nobiscum vnà: si opus sit. D. hei mihi,

Non te hæc pudent? M. iam vero omittite Demea

Tuam isthanc iracundiam, atque ita vii decet,

Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptijs.

Exclama-
tio in vitā
& mores;

Ego hos conueniam post huc redeo. D. ò Iuppiter,

Hancine vitam? hos cine mores? hanc dementiam?

Vxor sine dote veniet. intus psaltria est:

Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:

Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus,

Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS QVINTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Servulorum licentiam in hac scena Terentius ostendit. Exit egregiè potus Syrus multum exultans, lautè se ac opi-
pare cœnatum esse, hunc Demea ob temulentiam impetit, & obiurgat.

Scenarij.

SYRVS. DEMEA.

A Edepol, Syrisce, te curasti molliter,

Lauteq; munus administrasti tuum,

Abi sed postquam intus sum omnium rerum satur.

Pro deambulare huc libitum est. D. illud sis vide

Exemplum discipline. S. ecce autem hic adest senex

Noster, quid fit? quid tu es tristis? D. obe scelus.

Syrus ebrius Syris cum se nominat. Pro deambulare tarditate, mollicitiā, & delicias indicat.

ADELPHORVM.

S. Eho, iam tu verba fundes hic sapientia?

D. Tu ne si meus es? S. Dis quidem es Demea

Ac tuam rem constabiliffes. D. Exemplum omnibus

Curarem vt esses. S. quamobrem? quid feci? D. rogas?

In ipsa turba, atque in peccato maximo,

Quod vix sedatum satis est, potasti scelus, quasi

Re benè gesta. S. sanè nollem huc exitum.

ACTVS QVINTI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Exitu parasiti cuiuspiam Ctesipho Demæ proditur.

Senarij.

DROMO. SYRVS. DEMEA.

HEas Syre, rogat te Ctesipho, vt redeas. *S. abi.*

D. Quid Ctesiphonem hic narrat? *S. nihil. De-*

eho carnufex,

Est Ctesipho intus? S. non est. D. cur hic nominat?

S. Est alius quidam parasitaster paruolus:

Nostin'ne? De. iam scibo. S. quid agis? quo abis? De-

mitte me.

S. Noli inquam. D. non manum abstines mastigia?

Antibi maus cerebrum dispergi hic? S. abiit.

Aedepol comessatorem haud sanè commodum,

Præsertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?

Nisi, dum hæc silesunt turbe, intered in angulum.

Aliquò abeam. atq; edormiscam hoc villi? sic agam.]

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Cognito Ctesiphonis amore, Demea exclamat, & Mitio-
nem iurgio adoritur, vt liberorum corruptelam: per quem
placatur tandem & Aeschino, & Ctesiphoni.

Senarij.

MITIO. DEMEA.

PARA.

Aposiope-
fis minatis.

Importu-
nus Demea
pompofis
verbis cum
ebrio liti-
gat.

Resciscit
Ctesipho-
nis peccatū
Ea extrē-
ma pars est
epitafcos.
Hoc dicēs
baculo mi-
natur.

Edormiscā
id est, dor-
miendo ex-
halem.

P Arata à nobis sunt, ita vt dixi, Sostrata,
 Vbi vis, quisnam à me pepulit iã grauius fores?
D. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem,
 aut quærar?

O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. **M.** hem tibi:
 Resciuit omnem rem: id nunc clamat scilicet,
 Paratæ lites: succurrendum est. **D.** eccum ad est
 Communis corruptela nostrum liberum.

M. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.

D. Repressi, redij: mitto maledicta omnia:

Rem ipsam putemus dictum inter nos hoc fuit,
 Ex te adeò est ortum. ne tu curares meum,

Nèue ego tuum, responde. **M.** factum est, non nego.

D. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?

Cur emis amicam Mitio? nam qui minus

Mihi idem ius æquum est esse * quàm æquum est tibi?

Quando ego tuum non curo, ne cura meum.

M. Non æquum dicis, non: nam vetus verbum hoc
 quidem est.

COMMVNIA ESSE amicorum inter se omnia.

D. Facetè, nunc demum isthęc nata oratio est.

M. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.

Principiò, si id te mordet, suptum, filij

Quem faciunt, quæso facito hęc tecum cogites:

Tu illos duos olim pro re tollebas tua,

Quòd satis putabas tua bona ambobus fore:

Et me tum vxorem credi disti scilicet

Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine.

Conserua, quære, parce, fac quàm plurimum

illis relinquant, gloriam tu istam obtine.

Placatur
 Demea, tũ
 Aelchino,
 tum Ctesiphoni.

Miro labore
 re poëta de
 corum per
 sonarũ ob
 seruauit,

Demeæ per
 spicax ra
 tiocinatio.
 Crime n.

Coniuratio.
 Alias, quod.

Auaritiam
 Demeæ no
 tat.

Mitio nis li
 beralitas.

Ab utili &
 honesto.

Ecclipsis.

Moralis &
 blanda cor
 rectio.

A DELPHORVM!

Mea, quæ præter spem euenerere, utantur sine.
 De summa nihil decedet. quod hinc accesserit,
 Id de lucro putato esse, omnia hæc si voles
 In animo verè cogitare, Demea
 Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.
 D. Mitto rem: consuetudinem ipsorum. M. mane,
 Scio: isthuc ibam, multa in homine, Demea
 Signa insunt, ex quibus coniectura facilè fit,
 Duo cùm idem faciunt, sepe ut possis dicere:
 Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
 Non quòd dissimilis res sit: sed quòd is qui facit.
 Quæ ego esse in illis video, ut confidam fore, ita
 Ut volumus video eos sapere, intelligere, in loco
 Vereri, inter se amare: scire est liberum
 Ingenium atque animum: quouis illos tu die
 Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen
 Omissiores paulò, ô noster Demea,
 Ad omnia alia etate sapimus rectius:
S O L V M V N V M hoc vitium affert senectus
 hominibus,
 Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:
 Quod illos sat etas acuet. D. ne nimium modò
 Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
 Et tuus iste animus æquus subuorrit. M. tace.
 Non fiet. mitte iam isthæc: da te hodie mihi:
 Expurge frontem. D. scilicet, ita tempus fert.
 Faciundum est. ceterùm rus cras cum filio
 Cùm * prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo:
 Hodiè modò hilarum te face. D. & istam psaltriam
 Vna illuc mecum hinc abstraham. M. pugnaueris.

Magna de
 filijs spes.
 Laus filiorū
 à virtutibus
 Oratorie
 obijcit.

Auaritia se
 nilis.

Acuet, id
 est, docebit
 metaphori
 cos à cote.

Experge
 frontem.

Mirus orna
 tus contra
 etā ad seue
 ritatē fron
 tis cum ge
 stu explicā
 da.

Aliās pri
 mo lucis.

Eo pacto prorsum illic alligaris filium:
 Modò facito, vt illam serues. D. ego isthuc videro:
 Atque illi fauil læ plena, fumi ac pollinis.
 Coquendo sit faxo, & molendo præter hæc,
 Meridie ipso faciam vt stipulam colligat,
 Tã excoctã reddã, atq; atrã quã carbo est. M. placet
 Nunc mihi videre sapere, at que equidem filium
 Tum etiam si nolit, cogas, vt cum illa vnã cubet.
 D. Derides? fortunatus, qui isthoc animo sies:
 Ego sentio. M. ah, pergis? ne? D. iam iam desino.
 M. I, ergo intrò: & cui opus est rei, hilarem hunc su-
 mamus diem.

Agrestis &
 aspera cõ-
 positio ex
 arte.

Apostrophe-
 fis.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Demæa cum videat non probari valgo seueritatem in li-
 beros, diuersam institutionis viam meditat ur: in qua perso-
 na Terentius indicat mitioribus se fauere patribus, seculi sui
 moribus hæc magis concedens, quàm quòd ita faciendum
 esse existimet.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

DEMÆA.

N Vnquam ita quisquam benè subducta ratione
 ad vitam fuit,

QVIN RES, etas, vsus, semper aliquid adpor-
 tet noui,

Aliquid moneat: vt illa, quæ te scire credas, nescias:
 Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies,
 Quod mihi nunc euenit. nam ego vitam duram, quam
 vixi vsque adhuc,

Propè iam ex curso spatio, mitto: id quam ob rem? re
 ipsa reperi,

Vt apareat
 placari De
 meã, res in
 personas
 spargitur,
 adeoque ip
 se produci-
 tur solus in
 scenam.

ADELPHORVM.

FACILITATE NIHIL homini esse melius, neque clementia.

Exordium
à gnemone
traductum
est; sequitur
dein narra-
tio.

Mitioris
descriptio.
Demeę des-
criptio.
Auxesis.

Id esse verum, ex me, atque ex fratre cuius facile est noscere:

Ille suam semper egit vitam in otio, in conuiujs:

Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus:

Sibi vixit, sibi sumptũ fecit: omnes benedicunt, amant.

Demeę des-
criptio.

Ego ille agrestis, saeuus, tristis, parcus, truculentus,

tenax,

Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filij,

Alia cura: porrò autem dum studeo, illis vt quàm plurimum.

Collatio
duorum se-
num.

Facere, contriui in querundo vitam, atq; etatẽ meã:

Nunc exacta etate, hoc fructi pro labore ab ijs fero,

Odiũ ille alter sine labore patria positur commoda:

Locus à cõ-
trarijs.

Illum amant, me fugitant: illi credunt cõsilia omnia.

Illum diligunt, apud illũ sunt ambo: ego desertus sũ:

Cõtentio,
color rhe-
toricus hic
est.

Illum, vt viuat, optant, meam autem mortem expe-

ctant: scilicet

Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos

His rebus
conciliatur
beneuolen-
tia.

Paulo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic posi-

tur gaudia.

Age, age, nũc experiamur contra hæc quid ego possẽ

Redit ad in-
genium De-
mea.

Blande dicere, aut benigne facere, quãdo eò prouocat.

Ego quoque à meis me amari, & magni pẽdi postulo:

Si id sit dando, atq; obsequẽdo, non posteriores ferã.

Deerit: id mea minime refert, qui sum natus maximus.

ACTVS QVINTI SCENA V.

ARGVMENTVM.

Demea absurde contra ingenium suum blandus esse co-
natur.

Trimetri.

HEUS Demea, rogat frater, ne abeas longius.

D. Quis homo? ò Syre noster salve, quid fit? quid agitur?

S. Rectè. D. optimè est. iã nunc hæc tria primũ addidi

Præter naturam. ò noster, quid fit? quid agitur?

Seruum haud ill. heralem præbes te, & tibi

Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre

Hoc verum est, ipsa re experiere prope diem.

Demea no-
tio, & simu-
lata comi-
tas. Ipa gi-
tur in per-
lonas.
Rustica blã
dimenta.

ACTVS QVINTI SCENA VI.

Trimetri.

GETA. DEMEA.

HEra, ego hinc ad hos prouisam, quàm mox vir-
ginem

Accersant: sed eccum Demeam: saluos sies.

D. Ob, qui vocare? **G.** Geta. **D.** hominem maxumĩ

Præij esse te, hodie iudicavi animo meo:

Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,

Cui dominus curæ est, ita ut tibi sensi, Geta:

Et tibi ob eam rem, si quid usus venerit,

Lubens bene faxim, meditor esse affabilis,

Et bene procedit. **G.** bonus es, cùm hæc existimas.

D. Paulatim plebem primulũm facio meam.

Metaphora
ab ambicio-
sis candida-
tis.

ACTVS QVINTI SCENA VII.

ARGVMENTVM.

Nuptiarum mora offenditur Aelchinus. Hunc Demea blan-
dè alloquitur, & maceriam dirrui iubèt, quã puerperam tra-
ducat.

Trimetri.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS.

GETA.

ADELPHORVM.

Occidunt me quidem, dū nimis sanctas nuptias student facere: in apparando consumunt diem.

D. Quid agitur Aeschine? Ae. hem. pater mi, tu hic eras?

D. Tuus herclè verò, & animo, & natura pater, qui te amat plus quàm hosce oculos, sed cur non domum

Vxorem accersis? Ae. cupio, verùm hoc mihi moræ est,

Tibicina, & hymenæum qui cantent. D. ehò.

Vin' tu huic seni auscultare? Ae. quid? D. missa hæc face,

Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:

Atque hanc in horto maceriam iube dirui,

Quantum potest: hæc transfer, vnam fac domum:

Traduce & matrem, & familiam omnem ad nos.

Ae. placet

Pater lepidissime. D. euge, iam lepidus vocor.

Fratri ædes fient peruiæ, turbam domum

Adducet, & sumptum admittet, multa, quid me ad

Ego lepidus in eo gratiam. iube nunc iam

Dinumeret Babylo illi viginti minas:

Syre, cessas ire, ac facere? S. quid ergo? D. dirue

Tu illas: abi, & traduce. G. dij tibi Demea

Bene faciant, cum te video nostræ familiæ

Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror.

Quid tu ais? Ae. sic opinor. D. multò rectius est,

Quàm illam puerperam nunc duci per viam

Aegrotam. Ae. nihil enim vidi melius mi pater.

D. Sic soleo. sed eccum Mitio egreditur foras.

ACTVS

Amantis affectus exprimit.

Hoc comi-cū & blandum est.

Omnia, de ritu nuptiarū. Prodigus ex avaro,

Vide senis ingenium, nō enim potest se dissimulare iuxta proverbium.

Naturā expellas furca, tamen usq; recurret.

Sic soleo, captiosè & fictè.

ACTVS QVINTI SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Mitioni suadetur, vt vxorem ducat Sofstratam: ac vix tandem persuadetur. Et non sine risu spectantium Demea præter naturam facilis esse studet. Trimetri, & Tetrametri.

MITIO. DEMEA. AESCHINVS.

Iubet frater? vbi is est? tu ne iubes hoc Demea?

D. Ego verò iubeo, & hac re, & alijs omnibus.

Quàm maximè vnã facere nos hanc familiam,

Colere, adiungere, adiuuare. A. ita quæso pater.

M. Haud aliter censeo. **D.** imò herclè ita nobis decet:

Primum huius vxoris est mater. M. quid postea?

D. Proba & modesta. **M.** ita aiunt. **D.** natu grandior,

M. Scio. **D.** parere iam diu per annos hæc non potest:

Nec qui eam respiciat, quisquam est: sola est. M. quam

hic rem agit?

D. Hanc te equum est ducere: & te operam, vt fiat,

dare.

M. Me ducere autem? **D.** te. **M.** me? **D.** te inquam? **M.**

ineptis. D. si tu sis homo,

Hic faciet. Ae. mi pater. M. quid? tu autem huic asi-

ne auscultas? D. nihil agis.

Fieri aliter non potest. M. deliras. Ae. sine te exo-

rem, mi pater.

M. Insanis? aufer. **D.** agè, da veniam filio. **M.** satin?

sanus es?

Ego nouus maritus amo demū quinto & sexagesimo

Fiam? atque anum decrepitam ducam? inde estis au-

ctores mihi?

Ae. Fac promisi ego illis. **M.** promisti autem? de te

largitor

Iubet frater

scilicet di-

rui parieté.

Insinuatio

oratoria la-

tentis per

suasionis.

Nouaturba

in qua mi-

rè declarat

facilitatem

suã Mitio.

ADELPHORVM.

largitor puer.

D. Agè, quid si quid te maius oret? M. quasi hoc non sit maximum,

Prius agè
blandiētis,
posterior,
corripientis
est.

D. Agè, da veniam. Ae. ne grauari. D. fac promitte?
M. non omittis?

Aliàs hoc
quam fit:
quod &c.

*Ae. Non, nisi te exorem. M. vis est hac quidē. D. agè,
prolixè Mitio.*

*M. Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum, atque
alienum à vita mea*

*Viderur si vos tantopere isthuc vultis, fiat. Ae. benè
facis;*

Meritò te amo. D. verum, quid dicam hoc confit,
quod volo:*

Hegionis
commēda
tio à perso
na.

*Quid nunc, quod restat? Hegio his est cognatus pro-
ximus,*

Facti neces
siratē in
dicat.

*Affinis nobis pauper: benè nos, aliquid facere illi de-
cet.*

*M. Quid facere? D. agelli hīc sub vrbe paululum,
quod locitas foras:*

*Huic demus, qui fruatur. M. paululum id autem? D.
si maltum est, tamen*

*Faciendum est: pro patre huic est, bonus est, noster
est rectè datur.*

Mitio suo
ipsius dicto
impetitur.

*Postremò, non meū illud verbū facio, quod tu Mitio
Benè & sapienter dixisti dudum: vitium commune om-
nium est.*

*QVOD NIMIVM AD RES in senectā
attenti sumus: hanc maculam nos decet*

Effugere: dictum est verè, & re ipsa fieri oportet.

M. Quid isthuc dabitur quidem quando hic vult.

Ae. Mi

*Ae. Mi pater. D. nunc tu mihi es germanus pariter
Corpore & animo. M. gaudeo. D. suo sibi hunc gla-
dio iugulo.*

Prouerbiū

ACTVS QVINTI SCENA IX.

ARGVMENTVM.

Seruis libertas, filijs dantur vxores, Mitioni narrat Demea,
cur tam repente mores mutauerit. In cuius persona Teren-
tius nobis ridicula prodigalitatē exempla proponit.

Tetrametri Trochaici, admistis Iambicis quibusdam, qui
& ipsi ferē Trochaici potius videntur.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

F Actum est, quod iusti Demea.

*F D. Frugi homo es: & depol hodie mea quidem sen-
tētia*

*iudico Syrum fieri esse equum liberum. M. isthunc
liberum?*

*Q. odnam ob factum? D. multa. S. o noster Demea
& depol vir bonus es.*

*Ego istos vobis vsque à pueris curavi ambos sedulo: Commēda-
Docui, monui, bene praecepi semper que potui omnia. tio à diligē-*

D. Res apparet: & quidem porro hac, obsonare, cum- tia sua.
fide

*Scortum adducere, apparare de die conuiuium,
Non mediocris hominis hęc sunt officia. S. o lepidum
caput.*

*D. Postremò hodie in psaltria ista emunda, hic adiu- De die, a-
tor fuit, pud Plau. in*

*Hic curauit: prodesse equum est, alij meliores erunt. Deniq. hic
Denique hic vult fieri. M. vin' tu hoc fieri? Ae. cupio. scilicet Aes-*

M. si quidem

chinus,

ADELPHORVM:

Tu vis: Syre, ehò accede húc ad me: liber esto. S. benè facis,

Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea.

Menumif-
sio Syri.

D. Gaudeo. Ae. & ego. S. credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium,

Pbr ygiam ut uxorem meam vnà mecum videam liberam.

Huius Aeschini. scilicet.
Ironia,

D. Optumam quidem mulierem. S. & quidem tuo nepoti, huius filio

Hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle verò seridò,

Siquidem prima dedit, haud dubium quin emitti æquum fiet.

M. Ob eam rem? D. ob eam. postremò à me argentum quanti est sumito.

S. Dij tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerant.

M. Syre processisti hodie pulchrè. D. si quidem porrò Mitio

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præmanu

Vtatur id est, viuat.
Blandimènta-

Dederis, vnde vtatur, reddet tibi citò. M. isthoc vtilius.

Ae. Frugi homo est. S. reddam herclè, da modò. Ae. agè pater. M. pòst consulam.

D. Faciet. S. ó vir optime. Ae. ó mi pater festiuissime.

Redit Demea ad ingenium,

M. Quid isthoc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?

Quod proluuium? quæ isthæc subita est largitas?

D. dicam tibi.

Ut id ostenderem, quòd te isti facilem & festiuum
putant,

Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex equo &
bono:

Sed ex assentando, indulgendo & largiendo Mitio.

Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita inuisa est,

Aeschine,

Quia non iniusta, prorsus omnia omnino obsequor,

Missa facio, effundite, emittite, facite, quod vobis
libet:

Sed si id vultis potius, quæ vos propter adolescen-
tiam

minus videtis, magis impense cupitis, consultiis pa-
rum.

Hæc reprehendere, & corrigere me, & obsecundare
in loco:

Ecce me qui id faciam vobis. Ac tibi pater permit-
timus:

Plus scis, quid factò opus est, sed de fratre quid fiet?
D. sino.

Habeat, in isthac finem facit. Ac isthuc rectè.

PLAUDITE.



ARGV.]

Mores & vi-
tam asséta-
toriam no-
tat.

Apost ro-
phe ad fi-
lios.

Oblatio pa-
tris.

Obsequen-
tia filij.

ARGUMENTVM

HECYRÆ.



VXOREM duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur, ut duobus mensibus vxorem ne attingeret quidem. Postea per consuetudinem animus vitus est, cœpit placere vxor. Porro cum ipse peregre abesset, illa domum rediit ad matrem, atque ibi parit, mense septimo, postquam nupsisset Pamphilo. eam rem celat & affines, & patrem anus, vbi Pamphilus redit, comperit peperisse. Hic grauitè adeo commouetur: cum aliunde concepisse existimaret. Et cum per sese dolent res Pamphilo (amabat enim mulierculam) tum molestum est ab ea diuelli, neque enim honestum erat, reducere. Perichitatur itaque Pamphilus, quomodo honestè dimittat vxorem, nè ve illius peccatum proderet. Hæc fabula protasis est.

EPITASIS.

Instant pater, & socer inscij quid accidisset, ut domum reducat: præsertim cum nec secerus, nec mater, id quod senes falso suspicati fuerant, obitrarent. Quamquam autem perinueniri non posset Pamphilus, ut reduceret, tamen causam constantissimè dissimulat. Itur eo, ut putent Bacchidis amore deuinctum, alieno ab vxore animo esse.

CATASTROPHE.

Bacchis acersita fidè facit nihil sibi cū Pamphila rei esse. Hic autè prodendū peccatum vxoris fuit, aut reducenda: verū casu periculum dicitur. Fortè enim Philumenæ annulū socrus in digito Bacchidis conpexit, què olim Pamphilus stupatæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is anulus testatur ex Pamphilo puerum susceptum esse. Ita redit in gratiam cū vxore Pamphilus. Iucunda est cū vxoribus senū concertatio, quæ monet, sepe errore & falsis suspitionibus fieri, ut dissentiant coniuges. Inprimis autem insignis est humanitas & fides Pamphili in hac fabula.



FABVLÆ PERSONÆ.

PHILOTIS, meretrix,
 PARMENO, seruus,
 PAMPHILVS, adolescens.
 PHIDIPPVS, senex.
 SOSIA, seruus.


SYRA, anus.
 LACHES, senex.
 SOSTRATA, mulier.
 MIRRHINA, mulier.
 BACCHIS, meretrix.

C. SVLPITII APOLLINARIS
 Periocha. Senarij.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
 Cui quondam ignorans virgini vitium obtu-
 lit:

Cuiusq; per vim quem detraxit anulum,
 Dederat amicę Bacchidi meretriculę,
 Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
 Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus,
 Vt agram, ad se transfert. reuertit Pamphilus:
 Deprehendit: partum celat: vxorem tamen
 Recipere non volt. pater incusat Bacchidis,
 Amorem dum se purgat Bacchis anulum
 Mater vitiatę fortę agnoscit Myrrhina:
 Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

HEC Y-



HECYRA TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. SEX.
 IVLIO, CN. CORNELIO DOLABEL-
 LA AEDILIB. CVRVLIB. MODOS FE-
 CIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS
 PARIBVS. TOTA GRAECA APOL-
 LODORV FACTA EST. ACTA PRI-
 MO SINE PROLOGO. DATA SECVN-
 DO, CN. OCTAVIO. T. MANLIO
 COSS. RELATA EST L. AEMILIO
 PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON
 EST PLACITA. TERENTIO RELA-
 TA Q. FVLVIO. L. MARTIO AEDIL.
 CVRVL. EGIT L. AMBIVIVS, L. SER-
 GIVS TVRPIO. PLACVIT.

PROLOGVS. Senarij.

Propositio.
 qua petit ex
 plosam an-
 tea cogno-
 sci.



*Hecyra est huic nomen fabulae. haec cum da-
 ta est*

*Nova, novum interuenit vitium & cala-
 mitas:*

Vt neq; spectari, neq; cognosci potuerit:

Ita populus stupidus in funambulo

Animum occuparat: nunc haec planè est pro noua:

Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit

Iterum referre, vt iterum possit vendere.

Alias cognostis eius, quaso hanc noscite.

Orator ad vos venio ornatu prologi:

Sinite

Sinite exorator siem, eodem vt iure vti senem
 Liceat, quo iure sum vsus adolescentior,
 Nouas qui exactas feci vt inueterascerent,
 Ne cum poëta scriptura euanesceret.

In his, quas primùm Cęcilij didici nouas,
 Partim sum earum exactus, partim vix steti.
 Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam.
 Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.

Easdem agere cepi, vt ab eodem alias discerem
 Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.

Perfecit vt spectarentur: vbi sunt cognique,
 Placita suui, ita poëtam restitui in locum,
 Propè iam remotum iniuria aduersarium
 Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica.

Quòd si scripturam spreuissem in presentia,
 Et in deterrendo voluissem operam sumere,
 Vt in otio esset potius, quam in negotio:

Deteruissem facile, ne alias scriberet.

Nunc quid petam, mea causa æquo animo attendite.

Hęcyrā ad vos refero, quam mihi per silentium
 Nunquam agere licuū est, ita eā oppressit calamitas.

Eam calamitatem vestra intelligentia
 Sed abit, si erit adiutrix nostrę industrię.

Cū primū eam agere cępi, pugilum gloria,
 Funambuli eodem accessit expectatio,

Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum
 Fecēre, vt ante tempus exirem foras.

Vetere in noua cępi vti consuetudine,
 In experiundo vt essem, refero denuo.

Primo actū placeo: cū inter eā rumor venit

Confirma-
 tio ab exē-
 lis,

Redit ad
 propositio-
 nem, & am-
 plificat per-
 queralem,
 quòd antea
 fuerit ex-
 plofa,

Car explo-
 fa sit.

HECYRAE

*Datum iri gladiatores, populus conuolat:
 Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
 Ego interea meum non potui tutari locum:
 Nunc turba nulla est: otium, & silentium est:
 Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
 Potestas condecorandi ludos scenicos.
 Nolite sinere per vos artem musicam
 Recidere ad paucos. facite, vt vestra auctoritas
 Meae auctoritati faulrix, adiutrixq; sit.
 Si nunquam auare statui pretium arti meae.
 Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum,
 Quàm maxumè seruire vobis commodis:
 Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
 Studium suum, & se in vestram commisi fidem,
 Ne eum circumuentum iniquè iniqui irrideant.
 Mea causa causam hanc accipite, & date silentium,
 Vt libeat scribere alijs, mihi que vt discere
 Nouas expediat, posthac, pretio emptas meo.*

ACTVS PRIMI SCENA I. ARGVMENTVM.

Philotis & Syra indignè ferunt Pamphilum vxorem duxisse, relicta quam amare videbatur Bacchide: & protaticæ sunt personæ: nam extra fabulæ argumentum inducuntur, vt Parmenoni detur occasio, cõmemorandi argumenti. Senarij.

PHILOTIS, meretrix. SYRA, anus.

PERPOL quàm paucos reperias meretricibus
 Fidelis euenire amatores, Syra:
 Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
 Quàm sanctè, vt quiuis facile posset credere,
 Nunquam illa vna ducturum vxorem domum?

Hem

Argumētū
 ab arte, à
 meritis.

Attentos &
 beneuolos
 reddidit.

Peroratio.

Philotis
 protatica
 persona, vt
 sic occasio
 commemo-
 randi argu-
 menti & oc-
 casionis re-
 liqua fabu-
 læ.

Audax ad
 mala per-
 suasio.

Hem duxit. S. ergo propterea te sedulo

Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,

Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis.

P. Vt in eximium neminem habeam? Sy. neminem:

Nam nemo illorum quisquam scio ad te venit,

Quin ita paret sese, abs te vt blanditijs suis

Quam minimo pretio suam voluptatem expleat.

Hiscine tu amabo non contra insidiabere?

P. Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est.

S. Iniurium est autem vlcisci aduersarios?

Ac qua via captent te illi, eadem ipsos capi?

Eheu me miseram, cur non aut isthac mihi

Aetas, & forma est, aut tibi hac sententia?

ACTVS PRIMI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Redeunti peregrè Philoti Parmeno totius narrat argumen-
tum fabulae. Senarij.

PARMENO, seruus. PHILOTIS. SYRA.

S Enex si quæret me, modo isse dicito

Ad portum percontatum aduentum Pamphili.

Audin' quid dicam, Scirte? si quæret me, vt

Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris:

Aliàs vt vi possim causa hac integra,

Sed video' ne ego Philotin? vnde hæc aduenit?

Philotis, salue multum. Ph. ô salue Parmeno.

S. Salue me castor Parmeno. Pa. & tu edepol Syra?

Dic mihi Philotis vbi te oblectasti tam diu?

Ph. Minimè equidem me oblectavi quæ cum milite

Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.

Pa. Aedepol te desiderium Athenarum arbitror
 Philotium cepisse saepe, & ieiunium
 Consilium contempnisse. Ph. non dici potest.
 Quam cupida eram huc redendi, abeundi, à milite,
 Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
 Agitarem inter vos libere conuiuium.
 Nam illic haud licebat, nisi profanito loqui,
 Quae illi placerent. Pa. haud opinor, commodè
 Finem statuisse orationi militum.
 Ph. Sed quid hoc negotii est? modò quae haec narrauit
 mihi
 Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
 Fore, ut hac ille uia posset animum inducere
 Uxorem habere. Pa. habere autem? Ph. eho tu an non
 habet?
 Pa. Habet, sed firmè haec vereor ut sint nuptia.
 Pa. Ita Dii Deaque faxint, si in rem est Bacchidis,
 Sed qui isthuc credam ita esse? dic mihi Parmeno.
 Pa. Non est opus prolaro: hoc percontarier
 Desiste. Ph. nempe ea causa, ut ne id fiat palàm,
 Ita me Dii benè amabunt, haud propterea te rogo,
 Ut hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.
 Pa. Nunquam dices tam commodè ut tergum meum
 Tuam in fidem committam. Ph. ha. noli Parmeno,
 Quasi non multò malis narrare hoc mihi,
 Quam ego quae percontar scire. Pa. vera haec praedicat,
 Et illud mihi maximum vitium est: si mihi fidem
 Das te taciturnam, dicam. Ph. ad ingenium redis.
 Fidem do, loquere. Pa. auscultia. Ph. istic sum. Pa.
 hanc Bacchidem.

Sensim ad
narratione
accedit.

Varijs ver
bismorales
facetias in
ternectit.

Seruorum
vitium lo
quacitas.

Ama-

Amabat, ut cum maximè, cum Pamphilus,
 Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit.
 Et hæc communia omnium quæ sunt patrum,
 Se senem esse dicere: illum autem esse vnicum,
 Præsidium velle se senectuti suæ.
 Ille primo se negare: sed postquam acrius
 Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
 Pudori'ne an' amoris obsequeretur magis.
 Tandem, atque odio denique effecit senex:
 Despondit ei gnatum huius vicini proximi.
 Usque illud visum est Pamphilo neuiquam graue,
 Donec iam in ipsis nuptiis, postquam videt
 Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari:
 Ibi demum ita egrè tulit, ut ipsam Bacchidem,
 Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.
 Ubicumque datum erat spatium solitudinis,
 Ut colloqui mecum vnà posset, Parmeno
 Perij, quid ego egi: in quod me conieci malum?
 Non potero hoc ferre Parmeno, perij miser.
 Ph. At te dij, Deaque perdunt cum isto odio La-
 ches.
 Pa. Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum:
 Nocte illa prima virginem non attingit:
 Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.
 Ph. Quid ais? cum virgine vnà adolescens cubuerit
 Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit?
 Non verissimile dicis, nec verum arbitror.
 Pa. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
 Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.
 Ph. Quid deinde fit? Pa. diebus sanè pauculis

Narratio,
 quæ occa-
 sionem fa-
 bulæ conti-
 net.

Cômunes
 patrum per-
 suasiones.
 Latens ex-
 culationis
 ratio.

Amatoris
 affectus in
 nuptias.

Hyperboli-
 cos.

Apostrophe
 & impreca-
 tio ad ablé-
 tem.

Affectus
 meretricis.
 Confutatio
 meretricis.
 Iactantia ser-
 ui de fami-
 liaritate do-
 mini.

HECYRAE

Post Pamphilus me solum seducit foras:
 Narratque, ut virgo à se integra etiam cum siet;
 Seq; ante, quam eam uxorem duxisset domum,
 Sperasse eas tolerare posse nuptias:
 Sed quam decreverim me non posse diutius
 Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
 Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
 Neque honestum mihi, neq; vile ipsi virgini est.
 Ph. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili.
 Pa. Hoc ego proferre incòmodum esse mihi arbitror.
 Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viij,
 Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
 Non posse se mecum esse, abituram denique.
 Ph. Quid interea tibi? ne ad Bacchidē? Pa. quotidie.
 Sed (ut fit) postquam hunc alienum ab sese videt,
 Maligna muliò, & magis procax facta illico est.
 Ph. Nō adepol mirū. Pa. at qui ea res mulso maximè
 Disiunxit illum ab illa, postquam & ipse sese,
 Et illam, & hunc, quæ domi erat, cognouit satis,
 Ad exemplum ambarum mores earum existimans;
 Hęc, ita uti liberali esse ingenio decet,
 Pudens, modesta, incommoda atque iniurias
 Viri omnis ferre, & tegere contumelias.
 Hic animus partim uxoris misericordia
 Deinctus, partim victus huius iniurijs,
 Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huc transtulit
 Amorem, postquam par ingenium nactus est.
 Interea in Imbro moritur cognatus senex
 Horum: ea ad hos redibat lege hereditas.
 Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater:

Hoc ego,
&c.

Prosequi
tur.

Parmeno
ipse.

Pamphili
verba.

Philotis ge
stit cætera
audire.

Defedit he
rum seruus.

Vis amoris
his verbis

exprimitur.

Senex, nã
iuuenis ali

cuius mors
non conue

nit comæ
dię.

Reliquit cum matre hic uxorem: nam senex
Rus abdidit se huc raro in urbem com meat.

Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?

Pa. Nunc audies: primum, dies complusculos

Bene conueniebat sane inter eas: interim

Miris modis odisse cœpit Sostratam:

Neque lites ullæ inter eas, postulatio

Nunquam. Ph. quid igitur? Pa. si quando ad eam ac-
cesserat

Confabulatum, fugere è conspectu illico,

Videre nolle: denique ubi non quid pati,

Simulat se ad matrem accersi ad rem diuinam: abiit.

Ubi illic dies est complureis, accersi iubet:

Dixere causam tum nescio quam, iterum iubet:

Nemo remisit, postquam accersunt sæpius,

Aegram simulant mulierem: nostra illico

Id visere ad eam: admisit nemo, hoc ubi senex

Resciuit, heri ea causa rure huc aduenit,

Patrem continuò conuenit Philumenæ,

Quid egerint inter se, nondum etiam scio:

Nisi sanè curæ est, quorsum euenturum hoc fiet.

Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc iter.

Ph. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hos-
pite,

Me esse illum conuenturam. Pa. dii vortant bene

Quod agas. P. vale. Pa. & tu bene vale Philotium.

Parmeno
odio adscri-
psit quod
pudoris e-
rat.

Reliquum
argumenti
actoribus
reseruat,
per quod
suspensum
& attentum
reddit spe-
ctatorem.

ACTVS SECVNDI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Sostratum uxorem accusat Laches, quòd nulum Philume-

H E C Y R A E

nam duricie sua & morum incommoditate domo eiecerit;
Socrus contra nihil tale à se patratum esse contendit.

Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochai-
ci Acatalectici. Præterea aliquot Senarij.

L A C H E S. S O S T R A T A.

P Rò deum atque hominum fiem, quod hoc genus
est? quæ hæc coniuratio?

*Vi omnes mulieres eadem equè studeant, nolint q; ona-
nia?*

*Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vl-
lam reperias?*

Itaq; adeò vno animo omnes socrus oderunt nurus:

*Viris esse aduersas æquè studium est similis pertina-
cia est:*

In eodèq; omnes mihi videtur ludo doctæ ad malitiã:

*Et ei ludo, si vllus est, magistram hanc esse satis certo
scio.*

*S. Me miseram, quæ nunc quam ob rem accuser. nes-
cio. L. hem.*

Tu nescis? S. non, ita me dij bene ament, mi Laches:

*Itaq; vnà inter nos agere gratem liceat. L. Dij mala
probibeant.*

*S. Me que abs te immeritò esse accusatam postmodum
rescises. L. scio:*

*Te immeritò? an quicquam pro istis factis dignum
te dici potest?*

*Quæ me, & te, & familiam dedecoras: filio luctum
paras.*

Tu autè ex amicis inimici vt sint nobis affines, facis

*Qui illum decreuerunt dignum suos cui liberos com-
mitterent.*

Tu sola

Senex dif-
ficilis & ira-
tus ab ex-
clamatio-
ne orditur.

Exclama-
tio iemlis
in matrem
morsitatū
estque id
exordium
orationis.

Exclama-
tio ad mi-
sericordiã
commouē-
dam.

Exigera-
tio & am-
plificatio.

Tu sola exorere, quæ perurbas hæc, tua impudentia
S. Ego ne?

L. Tu inquam mulier, quæ me omninò lapidem, non
hominem putas.

An, quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hîc viam vestrorum exigat?
Mulò melius hîc quæ fiunt, quam illic ubi sum assi-
duè scio:

Ideo quia vt vos mihi domi eritis perinde ego ero fa-
ma foris.

Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philu-
menam:

Minimèque adeo mirum: & ni id fecisset, magis mi-
rum foret.

Sed non credidi adeò, vt etiã totã hanc odisset domũ.
Quod se scissem, illa hîc maneret potius, tu hinc isse
foras.

At vide, quam immeritò ægritudo hæc oritur mihi:
abs te Sostrata.

Rus habitatum abij, concedens vobis: & rei seruiens;
Sumptus vestros, oliumq; vt nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens, præter æquum, atque eta-
tem meam.

Non te pro his curasse rebus, ne quid egrè esset mihi?
S. Non mea opera neque pot culpa euenit. L. imò ma-
ximè.

Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa: sola Sostrata.
Quæ hic erant, curares: cum ego vos solui curis cete-
ris.

Cum puella animum suscepisse inimicitias non puderet?

Illius

Mulier em-
phasim ha-
bet.

Tollit opi-
nionẽ sus-
picionis.

Propositio
querelæ.

Commina-
tio eicctio-
nis.

Exaggerat
indignita-
tem à suis
meritis.

Opera sciẽ-
tes, culpa
nescientes
lædimus,

HECYRAE

*Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico mi
Laches.*

Defensio.
nem praeue
nit.

*L. Gaudeo (ita me di ament) gnati causa. nam de te
quidem,*

Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.

Peccado de
trimenti,
hoc est nō
potest fie-
ri peior.

*S. Qui scis, an ea causa mi vir me odisse assimulaue-
rit.*

*Vt cum matre vnā plus esset? L. quid ais? non signi-
hoc sat est,*

*Quod heri nemo voluit visentem te ad eam intromit-
tere?*

Obiectio.
Socrus mo-
rosa accu-
satur.

*S. Eam lassam oppido tum aiebant: eō ad eam non ad-
missa sum.*

*D. Tuos esse illi mores morbum magis, quā vllam
aliam rem arbitror:*

*Et meritō: adeō nam vestrarum nulla est, quin gna-
tum velit*

*Ducere uxorem: & quae vobis placita conditio est da-
tur:*

*Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem
exigunt.*

ACTVS SECVNDI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Laches remitti cupit nuntium suam: pater Phidippus dicit non posse eam perdurare apud socrum absente Pamphilo.

Iambici Tetrametri Catalectici.

PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA.

Philumena
patri mul-
ta praeocu-
ta fuit cui
ita respon-
det.

E*T si scio Philumena meum ius esse, vt te cogam,
Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio ani-
mo victus faciam,*

Vt

Vt tibi concedam: neque tuæ libidini aduersabor.

L. Atque eccum Phidippum optumè video: ex hoc iã scibo quid fiet.

*Phidippe, & si ego meis omnibus scio me esse appri-
mè obsequentem,*

Sed non adeò, vt facilitas mea illorum corrumpat animos:

Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.

Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia vero.

L. Adij te heri de filia: vt veni, itidè incertū amisti.

Haud ita dicet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,

Celare te iras: si quid est peccatum à nobis, profer:

Aut ea refellendo, aut purgando vobis corrigemus,

Te iudice ipso, sine ea est causa retinendi apud vos,

Quia agra est, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe,

Si metuis, satis vt meę domi curetur diligenter,

At ita me dij ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,

Vt tu illam saluã magis velis, quàm ego, id ideo gnati causa:

Quem ego intellexi illam haud minus quàm seipsum magnificare,

Neque adeò me clàm est, quam esse eum grauiter laturum credam.

Hoc si rescierit, eò domum studeo hęc prius, quam ille huc redeat.

P. Laches & diligentiam vestram & benignitatem

Neui, & quę dicis, omnia, esse vt dicis animū induco:

Et te

Eadè sententia quæ superioris scenæ, sed est sparsim in personis.

Refellit qui negat, purgat qui fatetur, & tum defendit.

Amicorum officium.

Subtiliter enarratur culpa nurus recedētis.

Principium audationis à personis.

Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,

Si facere possim vlllo modo. L. quæ res te facere id prohibet.

Eho, nunquidnam accusat virum? P. minimè. nã postquam attendi

Magis, et vt cœpi cogere, vt rediret, sanctè adiurat.

Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare,

Aliud fortasse alijs vitij est: ego sũ animo leni natus:

Non possum aduersari meis. L. hem Sostrata. S. heu me miseram.

L. Certum ne est isthuc? P. nunc quidem vt videtur, sed nunquid vis?

Nam est, quod me ad forum transire iam oportet. L. eo tecum vna.

ACTVS SECVNDI SCENA. III. ARGVMENTVM.

Sostrata quæritur genus mulierum nimis esse suspectũ viris, Trochaici Catalectici.

SOSTRATA.

A Edepol ne nos sumus mulieres iniquè equè omnes iniuste viris,

Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videamur maio.

Nam ita me Dijs ament, quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam:

Sed non facile est purgatu: ita animũ induxerunt, socrus

Omneis esse iniquas: haud pol me quidem: nam nunquam secus

Haui illam, ac si ex me esset nata, nec, qui hoc mihi

Eho, cũ gestu de prope secreto inquirētis.

Paterna lenitas. Ecce plis.

Querela. Sententia defensoria contra accusationem generis totius.

eveniat, scio:

Nisi pol filium multis modis iam expecto, vt redeat domum.

ACTVS TERTII SCENA I.

ARGVMENTVM.

Pamphilus queritur se absente vxorem ad suos abijisse, relicta focu, Tetrametri: & Iambici & Trochaici misti, vix vt discernere possis interdum, In fine Senarij aliquot.

PAMPHILVS. PARMENO. MYRRHINA.

NEmini ego plura acerba esse credo ex amore ho-
mini vnquam oblata,

*Quam mihi heu me infelicem, hancine ego vitam
parsi perdere?*

*Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi
domum?*

*Cui quanto fuerat prestabilius vbiuis gentium agere
atatem,*

*Quam huc redire? atq; hec ita esse miserum me rescis-
cere?*

*Nam nos omnes, quibus est, alicunde aliquis obiectus
labos,*

*Omnes quod est intra tempus, prius quam id rescitum
est, lucro est.*

*Par. At sic citius, qui te expedias his erumnis, re-
perias.*

Si non redisses, he iræ factæ essent multo ampliores:

*Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reue-
rituras*

*Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam re-
stitues:*

Viam ster-
nit ad cupi-
tatem.

Pamphili
enim iam
tandem in
notescit in
commodum,
ad quem ma-
xime perti-
nebat.

Magna lo-
ci detesta-
tio.

Cōsolatio.
quantitate.

HECYRAE.

Amatores
consolatio
angit non
lenit.

*Leuia sunt, quæ tu pergrauia esse in animum induxti
tuum.*

*Pam. Quid consolare me? an quisquam vsquam gen-
tium est æquè miser?*

*Priusquam hanc vxorem duxi, habebam alibi animi
amori debitum.*

*Iam in hac re, vt taceam cuius facilè scitu, quam fue-
rim miser,*

*Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mi-
hi obtrudit pater.*

*Vix me illi abstraxi, atque impeditum in ea expediui
animum meum,*

*Vixq; hoc contuleram, hem noua res orta est, porro
ab hac quæ me abstrabat.*

*Tum matrem ex eare, aut me vxorem in culpa in-
uenturum arbitror.*

*Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porro vt
fiam miser?*

*Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:
Tum vxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio per-
tulit:*

*Tot meas iniurias, quæ nunquam in vlllo patefecit loco:
Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parmeno,
Vnde ira inter eas intercessit, duæ iam permansi diu.*

*Par. Haud quidem herclè parum est, si vis vero ve-
ram rationem exequi.*

*Non maximas, quæ maxumè sunt interdum iræ, in-
iurias.*

*Faciunt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus
quidem est,*

Implicatio
continua-
rum mise-
riarum.

A iusto &
decenti.
Ab honesto & con-
gruo.

Suspicio in
gētis mali.

Serui respō-
sio ad vlti-
mam tan-
tum partē.

Cum

Cum de eadē causa est iracūndus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quā pro leuibus noxis iras gerunt?
Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus,
infirmum gerunt.

Itidem mulieres sunt ferme, vt pueri, leui senten-
tia:

Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc
conciuerit.

Argumentū
à simili.

Pam. Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia. Par.
hem, quid hoc est? Pam. tace.

Trepidari sentio, & cursari sursum prorsum: igedum,
ad fores

Hic non so-
lum Lucina
non inuoca-
tur, verū si-
lentiū quo-
que ob fur-
tiuū concep-
tum induci-
tur.

Accede proprius. Par. hem, sensisti ne? P. noli fabu-
larier.

Prò Iuppiter, clamorem audio. P. tu te loqueris, me
vetas?

M. Tace obsecro mea gnata. Pam. matris vox visa
est Philumenæ,

Nullus sum. Par. qui dum? Pam. quia perij.

Par. Quam obrem? Pam. nescio quod magnum malū

Profecto Parmeno me * celas. Par. vxorem Philu-
menam

* Alias ce-
lant.

Pauitare, id
est agrota-
re.

Pauitare nescio quid, dixerunt: id si forte est, nescio.

Pam. Interij. cur mihi non dixi. Par. quia non pote-
ram vnà omnia.

Nescio inep-
ta & senilis
eiusdē ver-
bi repetitio

Pam. Quid morbi est? Par. nescio. Pam, quid? nemō
ne medicum adduxi? Par. nescio.

Pam. Cesso hinc ire intrò, vt hoc quam primū, quic
quid est certum sciam?

Quonā modo Philumena mea nūc te offendā affectā?

HECYRAE

Nam si periculum ullum in te est, perijisse me vna
haud dubium est.

Par. Non usus factus est mihi nunc hunc intro sequi:
Nam inuisos omneis nos esse illis sentio.

Argumen-
tum loci.

Capiti, id
est veterae.

Heri nemo voluit Sostratam intro admittere,

Si forte morbus amplior factus fiet,

Quod sane nolim, maxime heri causa mei,

Seruum illico intro isse dicent Sostratae:

Aliquid iulisse comminiscuntur mali,

Capiti, atque etati illorum & morbus qui auctus fiet:

Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Pamphilus tristior egreditur à Philumena, deprehenso eius
partu, quem modis omnibus celare conatur, ac tegere.

Iambici Tetrametri Catalectici.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

Magis labo-
rat.

Terentius,
vt bonum
socrum fa-
ciat, quā bo-
nam mere-
tricem.

Nescio quid iam dudum hęc audio tumultuari mi-
sera:

Male metuo, ne Philumene magis morbus adgrau-
scat.

Quod te Aesculapi, & te salus, ne quid sit huius oro.

Nūc ad eam visam Par. heus Sostrata. S. hem. Par.
iterum istinc excludere.

S. Ehem Parmeno, tu ne hic eras? perij, quid faciam
misera?

Non visam vxorem Pamphili, cum in proximo hic
sit agra?

Par. Non visas, nec mittas quidem visendi causa
quenquam.

Nam qui amat, cui odio ipse est, his facere stulte
duc o.

Laborem inanem ipse capit: & illi molestiam af-
fert.

Disuasio à
sententia
moralis.

Tū autem filius introijt videre, vt venit, quid agat.

Causa ab

S. Quid ais? an venit Pamphilus? Par. venit. S. Dīs
habeo gratias.

uentu.

Hem, isthoc verbo animus mihi redijt, & cura ex cor
de excessit.

Sostrata ef
fectum se

Par. Iam ea te causa m̄xime hūc nūc introire nolo:

quitur.

Nam si remittent quippiam Philumenam dolores,

Omni rem narrabit, scio continuo sola soli,

Quæ inter vos interuenit, vnde ortum est initium iræ

Cautè res-
pondet, par-
tum celas-

Atq; eccum video ipsum egredi, quid tristis est. S. ò
mi gnate.

& menda-
ciū fingēs.

Pam. Mea mater, salue. S. gaudeo venisse saluum, sal
uā ne

Ita aiunt.

Philumena est? Pam. meliuscula est. S. vtinam isthoc
ita dī faxint.

Religiosè
médacium

Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam tristis?

ad rumorē
retulit.

Par. rectè mater.

S. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente in-
uasit?

Pam. Ita factum est. S. quid morbi est? Pam. febris.

S. quotidiana? Pam. ita aiunt.

I, sodes intrò, consequar iam te mea mater. S. fiat.

Par. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his one
ra adiuta.

Par. Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeāt?

Pam. cessas.

HECYRAE
ACTVS TERTII SCENA III.
ARGVMENTVM.

Deliberat Pamphilus, velit vxorem recipere, an repudiare.
Trochaici Tetrametri Catalectici, & in fine Senarij pauci.

Epitasis.
Graue prin-
cipium, vt
ostendetur
multæ & ma-
gnæ crûnæ.
Egregia
quærela Pã-
phili, estq.
hec pro-
priè fabulæ
Protasis.

PAMPHILVS.

NEquo mearum rerum initium vllum inuenire
idoneum

Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt:

Partim quæ perspexi his oculis: partim quæ accepi
auribus:

Quam me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nam modò me intrò vt corripui timidus, alio suspi-
cans

Morbo me visurum affectam ac sensi esse vxorem:
hei mihi,

Postquam me aspexere ancillæ aduenisse, illico omnes
simul

Letæ exclamant, venit: id quòd me repente aspexe-
rant.

Sed còtinuò voltum earum sensi immutari omnium.

Quia tum incommodè illis fors obtulerat aduentum
meum.

Vna illarum fortè interea propere præcurrit, nunciās

Me venisse: ego eius videndi cupidus, recta cõsequor.

Postquam intro adueni, ex templo eius morbum cog-
noui miser.

Hæc excla-
matio advi-
tij auctore
refertur.

Nã neq; vt celari posset, tempus spatium vllum dabat,

Neq; voce alia, ac res monebat, ipsa poterat cõqueri.

Postquam aspexi, ô facinus indignum, in quam: &
corripui illico

Me inde lachrumans incredibili re, atque atroci per-
citus

Mater consequitur: iam vt limen exirem, ad genua
accidit,

Lachrumans misera: miseritum est. profectò hoc sic
est, vt puto.

OMNIBVS NOBIS VT RES dant sese,
ita magni atque humiles sumus.

Hanc habere orationem mecum à principio institit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cau-
sam vides?

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo
improbo:

Nunc huc confugit, te atque alios partum vt celaret
suum.

Sed cum orata eius reminiscor, neque quin lacbru-
mem miser.

Queq; fors fortuna est, inquit, nobis que te hodie ob-
tulit,

Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, vt
Aduersa eius per te recta tacitaq; apud omnes siēt.

Si nunquam erga te amico esse animo sensisti eam, mi
Pamphile

Sine labore hanc gratiam te, vti sibi des pro illa nunc,
rogat.

Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuã,
Parturire eã, neque grauidã esse ex te, solus conscius

Nam aiunt tecum post duobus concubuisse mensibus:
Tum, postquam ad te venit, mensis iam hic agitur
septimus,

Ostendit af-
fectum mi-
sericordiæ
suæ.

O mi, à no-
mine & blã-
dimento se-
creta confi-
tetur.

Ab ante a-
nta vita.

Tentat etiã
hoc tamen
verecundò,

HECYRAE

Quod te scire, ipsa indicat res, nunc si potis est Pam-
phile,

Maximè volo, doq; operam, vt clam partus eueniat
patrem,

Abortū ef-
se, irratio-
nabiliter
mense scili-
cet septimo

Atque adeò omneis: sed si fieri id non potest, quin sen-
tiant,

Dicam abortū esse: scio nemini aliter suspectū fore.

Quin, quod verisimile est, ex te rectè eum natum pu-
tent.

Continuò exponetur: hinc tibi nihil est quicquam in-
commodi:

Et illi miser & indignè factam iniuriam contexeris.

Conclusio
per enarra-
tionem.

Pollicitus sum: & seruare in eo certum est, quod di-
xi fidem.

Nam de reducenda, id verò neuiquam honestum esse
arbitror:

Nec faciam: etsi me amor grauit er, consuetudoq; eius
tenet.

Lachrumo, quæ posthac futura sit vita, cum in men-
tem venit,

Solitudoque: O FORTUNA, vt nunquam per-
peruò es bona.

Exclama-
tio in fortu-
nam lubri-
cam.

Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum red-
didit:

Quam ego tum consilio missum feci, idem nunc operā
huic dabo.

Quia & file
re omnia
vult & ni-
hil tacere.

Adest Parmeno cum pueris: hunc minimè est opus

In hac re adesse: nam olim soli credidi,

Ea me abstinuisse, in principio cum data est.

Vereor, si clamorem eius hic crebrò exaudiat,

*Ne parturire eam intelligat. aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.*

ACTVS TERTII SCENA. III.

ARGVMENTVM.

Narrat Sofia quæ adierit maris pericula. Seruus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philumenam interim audiat.

Senarij, & vnus quadratus.

PARMENO. SOSIA serui. PAMPHILVS.

A In'tu tibi hoc incommodum euenisse iter?

S. Non hercle Parmeno verbis dici potest

Tantum quàm re ipsa nauigare incommodum est.

Par. Ita ne est? S. ô fortunate: nescis quid mali

Præterieris, qui nunquam es ingressus mare:

Nam alias vt omittam miseras vnã hanc vide.

Dies triginta, aut plus eo in naui fui,

Cùm: interea semper mortem expectabam miser:

Ita vsq; aduersa tempestate vsi sumus.

Par. Odiosum, S. haud clam me est: deniq; hercle au-
fugerim

Potius, quàm redeam si eò mihi redeundum sciam.

Par. Olim quidem te causæ impellebant leues,

Quod nunc minitare facere, vt faceres Sofia.

Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:

Ite intrò: ego hunc adibo, si quid me velit.

Here, etiam tu nunc hic stas? Pam. & quidem te ex-
pecto. Par. quid est?

Pam. In arcem transcurso opus est. Par. cui homini?

Pam. tibi.

Par. In arcem? quid eò? Pam. Callidem idem hospite

Myconium, qui mecum vnã aduectus est conueni.

Hic poëta
ostendit in
commoda
nauigatio-
nis.
Dictum in
fugitium.

Pamphilus
callido con-
filio seruu-
lū ablegat,
vsque adeo
cauet ne
qua emanet
negotium.

HECYRAE

*Par. Perij: nouisse hunc dicam, si saluos domum
Red sset vnquam, vt me ambulando rumperet.*

*Pam. Quid cessas: Par. quid vis dicam an conueniã
modo?*

*Vol, cele- Pam. Imò, quòd constitui me hodie conueniurũ eum,
ritatem im Non posse, ne me frust à illic expectet: vola.*

*penit, ne Par. At non noui hominis faciem. Pam. at faciam,
quid audiat. vt noueris.*

Ita defessus Magnus, rubicundus, crispus, crassus, casius.

hoc magis Par. Caduerosa facie: Dij illum perduint.

in gestu ex Quid, si non veniet? maneam? ne vsque ad vesperum?

primitur. Par. Maneto, curre. Par. non queo, ita defessus sum.

Pam ille abiit, quid agam infœlix? prorsus nescio,

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,

Suegnata partum: nam miseret mulieris:

Quod poterò faciam, tamen vt pietatem colam:

Nam me parenti potius, quam amori obsequi

Oportet: at at eum Phidippum, & patrem

Video: horsum pergunt: quid dicam hisce, incertus sũ.

*Pamphili
pieta, Pam
phili hone
stas.*

ACTVS TERTII SCENA V.

ARGVMENTVM.

De reducenda Philumena inter senes agitur Pamphilus re-
ducturum se negat: fert eam rem indignè Phidippas.

Trochaici Octonarij Catalecticj, & Senarij Iambici.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

*Viam ad e- Dixi ne dudum, dixisse illum se expectare filiũ?
pitafim fa- Ph. Factum. L. venisse aiunt: redeat. Pam. quã
cit: senes causam dicam patri,*

*enim im- Quamobrem non reducam, nescio. L. quem ego hic au
pellũt ad re diui loqui?*

Pa. Certum obfirmare est viam me, quã decreui persequi. **Auxesis ad salutem.**

L. Ipfus est, de quo hoc age' a tecũ. **Pa.** salue mi pater.

L. Gnate mi salue. **Ph.** bene factum te aduenisse Pãphile,

Atque adeò, quod maximum est, saluum atque validum. **Pa.** creditur.

L. Aduenis modò? **Pa.** admodum. **L.** cedo quid reliquit **Phania**

Aut amarus aut iactabundus hæc dicit.

Consobrinus noster? **Pa.** sanè herclè homo voluptati obsequens.

Fuit, dũ vixit, & qui sic sunt, haud multum heredem adiuvant.

Sibi verò hanc laudem reliquit: vixit, dũ vixit, bene.

L. Tum tu igitur nihil attulisti hũc plus vna sententia?

Patris avaritiam notat.

Pa. Quicquid est, id quod reliquit, profuit. **L.** imo abfuit.

Nam illum viuum & saluum vellem. **Pa.** impune optare isthuc licet.

Ille reuiuifcet iam nunquã: & tamen vixit malis scio.

Heri huc tẽdebat tota oratio.

L. Heri **Philumenam** ad se acersi hic iussi. **di c iussi** se te.

Ph. Noli fodere: iussi. **L.** sed iam remittent eam. **Ph.** scilicet.

Pa. Omnem rem scio, vt sit gesta: adueniens audiui omnia.

L. At istos inuidos **Dij** perdant: qui hæc libenter nunciant.

Imprecatio in rumigerulos.

Pa. Ego scio me cauisse, ne vlla merito contumelia
 Fieri à vobis posset: idq; si nunc memorare hic velim,
 Quã fideli animo & benigno in illã, & clemētī fui.
 Vere possim: ni te ex ipsa id magis velim resciscere.
 Namq; eo pacto maximè apud te meo erit ingenio
 fides,
 Cũ illa quę nunc in me iniqua est & qua de me dixerit.
 Neq; culpa hoc euenisse dissidiũ mea, id testor Deos.
 Sed quando sese indignam putat matris meę,
 Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia,
 Neque alio pacto componi potest inter eas gratia:
 Segreganda aut mater est à me Phidippe, aut Philu-
 magna.

Nunc me pietas matris potius commodum suadet se-
 qui.

L. Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi acces-
 sit tuus.

Cũm te post putasse omnes res prae parente intelligo:
 Verum vide, ne impulsus ira, prauè insistas Pãphile.

Pam. Quibus iris impulsus nũc in illam iniquus sim?

Quæ nunquã quicquam erga me cõmerita est pater,
 Quod nolem, & sapè, quod vellem, meritam scio.

Amo q; & laudo, & vehementer desidero.

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum.

Illiq; exopto, vt reliquam vitam exigat

Cum eo viro, me qui sit fortunatior:

Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.

Pa. Tibi id in manus est, ne fiat. L. si sanus sies:

Iube illam redire. Pam. non est consilium pater:

Matri seruibo commedis. L. quò abis? mane:

Mane

Argumen-
 tum fortif-
 simum.

Confirma-
 tio cū pro-
 testatione.
 Ex delibe-
 ratione cõ-
 ditionẽ col-
 ligit.

Amo quæ.
 Totum hoc
 facit ad ca-
 tastrophẽ
 vt auidius
 reducatur.

Excusatio
 repudij à ne-
 cessitate.

Leuis recu-
 satio.

Mane inquam: quò abis? Ph. quæ hæc est pertinacia?

L. Dixi ne Phidippe hanc rem agrè laturum esse eū?

Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres.

Ph. Non credidi ædepol adedò inhumanum fore:

Ita, nunc is sibi me supplicaturum putat?

Si est, vt velit reducere vxorem, licet:

Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.

L. Ecce autem, tu quoque proteruè iracundus es.

P. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

L. Decedat, iam ira hæc: etsi meritiò iratus est.

P. Quia paululum vobis accessit pecuniæ,

Sublati animi sunt. L. etiam mecum litigas?

P. Deliberet, renuncietq; hodie mihi,

Velit ne an non: vt alij, si huic non sit, fiet.

L. Phidippe, ades, audi paucis: abijt: quid mea?

Postremò inter se transigant, ipsi vt lubet:

Quãdo nec gnatus, neq; hic mihi quicquã obtẽperat:

Quæ dico parvipendunt. porro hoc iurgium

Ad vxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia:

Atque in eam hoc omne, quod mihi agrè est, euomã.

ACTVS QUARTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Obiurgat vxorem maritus ob celatum filix partum: hoc

etiam, quod resciscit de puero Phidippus, ad tumultum au-

gendum facit, & vt Pamphilus vxorem recipere cogatur.

Tetrametri Iambici & Trochaici permisti, & Dimeter vnus.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

PErj, quid agam? quo me portam? quid meo viro

respondebo

Miseram nam audisse vocẽ pueri visus est vagientis:

Ita corripuit repente tacitus sese ad filiam.

Inuidiose
in Phidip-
pum.

Iratus hæc.

Præ [ira no-
luit neque
audire ne-
que ponde-
rare.
Nam agros
releuat vo-
mitus.

Resciscit
de puero
Phidippus,
id etiam ad
augẽdũ tu-

Quod

UNED

HECYRAE

multum fa-
cit & ut Pā
philus co-
gatur redu-
cere.

Quòd si resciverit peperisse eam, id qua causa clam
me habuisse
Dicam, non & depol scio.
Sed ostiū cōcrepuit: credo ipsum à me exires nulla sū.

P. Vxor ubi me ad filiam ire sensit, seduxit foras:
atque eccam.

Video, quid agis Myrrhina: heus tibi dico. M. mihine
mi vir?

Heus offen-
dit eum co-
gitabūdum
de filia.

P. Vir ego tuus sum? tu virum me, aut hominem de-
putas adeò esse?

Nam si virum vis horum mulier nunquam tibi visus
forem,

Non sic tibi ludibrio tuis factis habitus essem. M. qui-
bus. P. at rogitas?

Peperit filia? hem, taces? ex quo? M. isthuc patrem ro-
gare est æquum?

Mira calli-
ditas.

Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum
obsecro?

P. Credo: neque adeò arbitrari patris est aliter: sed
demiror.

Quid sit, quamobrem tantopere hunc omnes nos cela-
re volueris.

Partum, præsertim cum & rectè, & tempore suo
pepererit.

Puerum, in-
vidia ab in-
fantis æta-
tis.

Adeò ne pernicaci esse animo, ut puerum præobtares
perire.

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac
scires,

Potius, quam aduersus animi tui libidinem, esset cū
illo nupta ?

Ego

Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te Sed nunc,
est penes. argumentū

M. Misera sum. P. utinam sciam ita esse isthuc. sed à prius di-
nunc mihi in mentem venit, ctis.

Ex hac re quod locuta es olim, cum illum generum
cepimus.

Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati.

Cū eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.

M. Quamuis causam hanc suspicari, quam ipsam ve-
ram, malo.

P. Multò prius sciui, quam tu, illum amicam habere
Myrrhina:

Verūm id vitium nunquam decreui esse ego adoles-
centiæ:

Nam id omnibus innatum est. at pol iam aderit, se
quoque etiam cūm oderit.

Sed ut olim te ostendisti, eadem esse, nihil cessauisti Accusatio
vsque adhuc, à perleue-
rantia.

Vt filiam ab eo abduceres: neu quod ego egissem, es-
set ratum:

Id nunc res indicium bec facit, quo pacto factum vo-
lueris.

M. Adeon? me esse peruicacem censes, cui mater siem,
Vt eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc mari-
monium?

P. Tum prospicere, aut iudicare nostram in rem quod
sit, potes?

Audisti ex aliquo fortasse qui vidisse eum diceret.

Exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tu po-
stea? Cui mater
argumentū
à verifimi-
li.

Si no-

HECYRAE

& à perfo-
na idonea.
Oratorie au
toritatem
iudicibus a-
dimit.
Nam si, lau-
dat hoc ip-
sum quo ac-
culatus est
Pamphilus.
His verbis
commenti-
tia argumē-
ta contem-
nit.
Hic eo ac-
culat eam:
quo seipſā
tutari cre-
dit.

*Si modeste, ac raro hoc fecit, nõ ne ea dissimulare nõs
Magis humanum est, quã dare operam id scire, qui
nos oderit?*

*Nam si is posset ab ea sese repente auellere,
Qui cum tot consuesset annos, non eum hominem du-
cerem.*

*Nec virum satis firmum gnate. M. mitte adolescen-
tem obsecro,*

Et que me peccasse ais: abi, solus conueni:

Redde: si est autem, vt nolit, recte ego consului mea.

*Ph. Siquidem ille ipse non vult, & tu sensisti esse in
eo Myrrhina*

Peccatum: adera, cuius cõsilio ea par fuerat prospici.

*Quamobrem incendor ira, te esse ausam facere hæc in
iussu meo.*

Interdico, ne extulisse extra aedes puerũ usquã velis.

Sed ego stultior, meis dictis parere hæc qui postulem.

Ibo intrò, atq; edicã seruis: ne quoquã efferri sinant.

M. Nullam pol credo mulierem me miseriorẽ viuere.

*Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem vt fiet res-
ciuerit,*

*Non edepol clam me est: cùm hoc, quod leuius est, tã
animo iracundo tulit:*

Nec qua via sententia eius mutari possit, scio.

*Hoc mihi vnum ex plurimis miserijs reliquum fue-
rat malum:*

*Si puerum vt tollam: cogit, cuius nos qui sit, nesci-
mus pater.*

*Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris no-
sci non quita est.*

Quita, anti-
que dictũ,

Neque

Neque detractum ei tum quicquam est, qui post pos-
sit nosciet, qui fiet:

*Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens
annulum.*

*Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat
diutius.*

Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

ACTVS QVARTI SCENA II. ARGVMENTVM.

Sostratae purgatio de Philumena abcessu. Eadem Sostrata
rus habituram se filio pollicetur, ne impedimento sit, quo
minus redeat Philumena Filius contra matrem, ni id faciat
dissuadere conatur. Iambici Tetrametri Acatalectici.

SOSTRATA PAMPHILVS.

Non clare me est mi gnate, tibi me esse suspectam
uxorem tuam. Sostrata ex-
cusatur.

Propter meos mores hinc abijisse, et si ea dissimulas se-
dulò, Myrrhina
paulò post
accusabitur

Verum ita me Di ament, itaq; obtingant ex te, quae
exopto mihi. donec pa-
lam fiet vi-
ranque va-
care culpa

Ut nūquam sciens commerni. meritò ut caperet odiū
illa mei: A iusto &
honesto.

Teq; antè quàm me amare rebar, ei rei firmasti fidē.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pa-
cto me habueris.

Propositam amoris tuo, nunc tibi me certum est con-
tra gratiam Verbis prae-
molit rem
duram quae
dictura est.

Referre, ut apud me praemium esse posuū pietatis scias.

Mi Pamphile, hoc & vobis, & meae commodum fa-
ma arbitror:

HECYRAE

Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certò decrevi
patre,

Ne mea presentia obstet, neu causa vlla restet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. P. quaso quid is-
thuc consilij?

Disuasio à persona
causa à lo-
co, à facto. Ilius stultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum mi-
gres?

Haud facies: neq; sinam: vt qui nobis mater maledi-
ctum velit,

Omnia Pã
phili argu-
menta re-
fellit. Mea pertinacia dicat esse factum, haud tua modestia:
Tum tuas amicas te, & cognatas deserere, & fes-
tos dies,

Aliàs expe-
ctet. Mea causa nolo. S. nihil iam mihi ista res voluptatis
ferunt

Inuisã, quia
& socrus &
quia anus. Dum etatis tempus tulit, perfuncti satis sum, satias
me iam tenet.

Mores no-
tat detrac-
torum. Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxima,
vt ne cui mea

Longinquitas etatis obstet mortem ve* exoptet meã.
Hic video me esse inisã immerito: tẽpus est cõcedere:
Sic optime, vt ego opinor, omnes causas præcidam om-
nibus.

Quod abs-
que hoc es-
set in Cap-
tiuis. Et me hac suspitione exoluam, & illis morem gesserõ.
Sine me obsecro hoc effugere, volgus quod malè au-
dit mulierum.

Plautus, &
infra in P. Quàm fortunatus ceteris sum rebus, absq; vna
hoc foret,

Phormione Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem. S.
obsecro mi Pamphile,

Non tute rem incommodam, vt quæq; est, in animum
indu-

inducas patri.

Dura patie
ter ferenda
sunt.

Si caetera sunt ita, vt tu vis, itaq; vt esse ego illa existi-
stimo,

Mignate: da veniam hanc mihi, reduc illam. P. vñ mi-
sero mihi.

S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male
habet, quam te, gnate mi.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Reconciliantur, & omne bellum inter se componunt vir
& vxor. Monetur Pamphilus vt vxorem reducat
Iabici & Trochaici mihi, Senarius vnus, Dimeter item vnus.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

Quem cum isthoc sermonem habueris, procul
hinc stans accipi vxor:
Ist hoc est sapere, qui vnicuiq; opus sit, animum pos-
sis flectere.

Laches au-
dierat ver-
ba Sostratæ
ad filiũ ha-
bita.

Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si fe-
ceris.

S. Fors suat pol. L. abi rus ergo hinc: ibi ego te, &
tu me feres.

Fors, bona
fortuna est.

S. Spero acastor. L. i ergo intrò, & compone qua si-
mul tecum

Ferantur: dixi. S. ita vt iubes, faciam. P. pater,

L. Quid vis Pamphile? P. hinc abire matrem? mini-
mè. L. quid ita isthuc vis?

P. Quia de vxore incertus sum etiam quid sim factu-
rus. L. quid est?

Dixi, pe-
orationis &
verbum.

Quid vis facere: nisi reducere? P. equidem cupio, &
vix contineo.

T

Sed

HECYRAE

*Sed non minuam meum consilium: ex usu quod est, id
persequar:*

Credo ea gratia concordēs magis, si non reducam fore.

Per tēpus, L. Nescias: verū id tua refert nihil, virū illa fecerint

id est oportet tunc, Quādo hęc abierit, odiosa hęc est ætas adoleſcētulis:

*E medio æquum est excedere: postremò iam nos fabu-
la sumus*

*Pamphile: senex, atq; anus. sed video Phidippum per
tempus egredi:*

Accedamus.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Natum puerum Laches resciscit: Pamphilum ad recipien-
dam vxorem ambo senes hortantur: ille negat, meretricis
amorem inculcat pater. Senarij.

PHIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS.

Trāsfertur
culpa id al-
teram anū.
Ostenditur
& matri &
focruī esse
tractus,
quod filia
à marito
discesserit.

Traductio
criminis.

Tibi quoq; ædepol sum iratus, Philumena,
Grauiter quidem: nam herclè abs te factum est
turpiter:

Et si tibi causa est de hac re: mater te impulit:

Huic vero nulla est. L. opportunè te mihi

Phidippe in ipso tempore ostendis. Ph. quid est?

Pa. Quid respondeo his? aut quo pacto hoc aperiam?

L. Dic filia, rus concessuram hinc Sostratam:

Ne reuereatur, minus iam quò redeat domū. Ph. ah,

Nullam de his rebus culpam commeruit tua:

A. Myrrhina hęc sunt mea vxore exorta omnia:

Mutatio fit: ea nos perturbat, Laches.

Pa. Dum ne reducam, turbent porrò quàm velint.

Ph.

Ph. Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sane perpetuam volo.

Sin est, ut aliter tua fiet sententia,

Accipias puerum. Pa. sensit peperisse: occidi.

L. Puerum? quē puerum? Ph. natus est nobis nepos.

Nam abducta à vobis pregnans fuerat filia.

Neq; fuisse pregnantem vnquam ante hūc sciui diem.

L. Benè, ita me Dī ament, nuncias: & gaudeo

Natum illum, & tibi illam saluā: sed quid mulieris

Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Nos' ne hoc celatos tandiu? nequeo satis,

Quam hoc mihi videtur factum pravè, proloqui.

Ph. Non tibi illud factum minus placet: quam mihi

Laches.

Pa. Etsi iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,

Nunc non est, cū eam iam consequitur alienus puer.

L. Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatio est.

Pa. Perij. L. hunc videre saepe optabamus diem,

Cūm ex te esset aliquid, qui te appellaret patrem.

Euenit: habeo gratiam dīs. Pa. nullus sum.

L. Reduc vxorem, ac noli aduersari mihi.

Pa. Pater: si illa ex me liberos vellei sibi,

Aut se esse mecum nuptam, satis certò scio,

Non me clām haberet, quę celasse intelligo.

Nunc, cūm eius alienum esse à me animum sentiam,

Nec conuenturum inter nos posthac esse arbitror:

Quamobrem reducam? L. mater quod suasi sua,

Adolescens mulier fecit: mirandum ne id est?

Censen' te posse reperire vllam mulierem,

Quę careat culpa? an quia non delinquant viri?

Ego, grauis
orationis
initium.

Accipias
puerum, nā
liberi patrē
sequuntur.

Reprehen-
sio cum cō-
temptu.

Urgetur Pā-
philus pue-
ri mētione.

Tandem al-
teram dissi-
dij causam
commētus
est.

Mater, à de-
riuatione
causa.

HECYRAE

Promittit
facilitatem
suam.

Ph. Vosmet videte iam Laches, & tu Pamphile,
Remissam opus sit vobis, an reductam domum:
Uxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas à me erit.

Sed quid faciemus puerum? L. ridicule, rogas?
Quicquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,
Ut alamus nostrum. P. quem ipsa neglexit pater,
Ego alam? L. quid dixisti? ehò an non alamus Pāphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimvero prorsus iam tacere non queo:

Extrema
cōflictatio
epitaficos.

Nam cogis ea, quæ nolo, ut præsentem hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?

Ab ante a-
tis.

Aut quid sit id, quòd sollicitere ad hunc modum?
Primum, ubi hanc dixisti causam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi:
Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus.
Nunc postquam adp̄ptā quoq; hanc tibi causā vides:
Puer quia clam te est natus nactus alteram es.
Erras, cui animi si me esse ignarum putas:

Agit qui in
stanter pe-
tit: orat qui
dem ille
precatur.

Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum?
Quàm longum spatium amandi amicam tibi de die
Sumptus quos fecisti in eam, quam animo æquo tuli?
Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres:
Tempus: dixi esse: impulsu duxisti meo:

Testem vo-
cat, non im-
peditricē.

Quæ tum, obsecutus mihi, fecisti ut decuerat,
Nunc animum rursus ad meretricem induxti tuum,
Cui tu obsecutus, facis huic adeò iniuriam:
Nam in eandem vitam te reuolutum denuò
Video esse. Pam. me ne? L. te ipsum: & facis iniuriam,
Cum fingis falsas causas ad discordiam,

Vt cum illa viuas, testem hanc cum abs te amoueris: Relicta quæ
Sensitque adeò vxor: nam ei causa alia quæ fuit, stione ad
Quamobrem abs te abiret? Ph. planè hic diuinat, nam rem redit,
id est.

Pam. Dabo iusiurandũ, nihil esse istorum, tibi. L. ab,
Reduc vxorem: aut quamobrem non opus sit, cedò.

Pam. Non nunc tempus. L. puerum accipias, nam is
quidem

In culpa non est, post de matre videro.

Pam. Omnibus modis miser sum, ne quid agam scio, Anxius Pã-
Tot nunc me rebus miserum concludit pater: philus abs-
Adibo hinc presens quando promoueo parum. cedit ne re
Nam puerum credo iniussu non tollent meo; aperire co-
Presertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus. gatur.

L. Fugis? hem, nec quicquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine:

Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. Ph. maxime. Hęc pelli-
Non mirum fecit vxor mea, si hoc agrè tulit: catum scili-
Amarę mulieres sunt, non facilè hæc ferunt. cet & adul-
Propterea hæc ira est: nam ipsa narrauit mihi. terum.

Id ego presente hoc tibi volebam dicere:
Neque ei credebam primò: nunc verò palàm est. Poëta festi-
Nam omnino abhorrere animũ huic video à nuptijs. nat ad rerũ
L. Quid ego agam Phidippe? quid das consilij? cognitionẽ

Ph. Quid agas? meretricem hanc primum adeũdam
censeo:

Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea. Vicinã ho-
L. Faciam, vt mones: ebo puer, curre ac Baccidẽ hæc neste dixit,
Vicinam nostram: hũc euoca verbis meis. vt seni cõ-
gruit.

HECYRAE

Et te oro porrò in hac re adiutor sis mihi. Pb. ab,
 Iam dudum dixi, itidem nunc dico, Lache,
 Manere affinitatem hanc inter nos volo,
 Si ullo modo est, ut possit: quod spero fore.
 Sed vis'ne adesse me vna, dum istam conuenis?
 L. Imo verò abi: aliquam puero nutricem para.

ACTVS QVINTI SCENA I. ARGVMENTVM.

Bacchis & Laches colloquuntur. Hic illam accusat, quod ad se recipiat filium: illa constanter negat. Mitem autem senem, & meretricem bonam inducit, & occasio est catastrophes. Iambici Tetrametri partim Acatalectici, partim Catalectici, admisti sunt Trochaici quidam, & vnus Dimeter Catalecticus.

BACCHIS. LACHES.

Occasio ca-
 tastrophes.

Non hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me con-
 uentam esse expetit.

Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit
 quod velit.

Lene &
 molle proe-
 mium.

L. Videndum est, ne minus propter iram hanc impe-
 trem quàm possiem:

Aut ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse
 satius sit.

Quoq. etiã
 parel con-
 tertium.

Aggrediar, Bacchis, salue. B. salue Laches. La. credo
 & depol te

Ambigui-
 tas. Cautio
 Lachetis.

Nonnihil mirari Bacchis, quid sit, qua propter te hũs
 foras puerum euocare iussi,

B. Ego pol quoque etiam timida sum: cum venit mi-
 bi in mentem, quæ sim,

Ne nomen mihi quæstus obstet apud te: Nam mores
 facile tut or.

L. Si vera dicis, nihil tibi periculi à me est mulier.

Nam iam etate ea sum, ut non fiet peccato mihi igno-
si equum:

Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, ac-
curo.

Nam si id nunc facis, factura ve es, bonas quod par
est facere: inscitum

Offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum est.

B. Est magna et castor gratia, de hac re quã tibi habeã, id est, inele
Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum gans:
mibi profit.

Sed quid isthuc est? L. meum receptas filium ad te Pã Propositio:
philum. B. ab,

L. Sine dicam: uxorem hanc priusquam duxit, vo- Parabat abi
strum amorem pertuli. tũ Bacchis.

Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. hic nũc vxo Permutatio
rem habet: rerum.

Quere alium tibi amicum firmiorem, dum tempus
consulendi est:

Nam neq; ille hoc animo erit etatem, neque pol tu ea
dem isthac etate.

B. Quis id ait? L. socrus. B. me ne? L. te ipsam: Et fi-
liam abduxi suam:

Puerumq; ob eam rem clãm voluit, qui natus est, ex
tinguere.

B. Aliud si scirem: qui firmare meam apud vos pos- datio à per
sem fidem, sona.

Sanctius quàm iusiurandũ, id pollicerer tibi Laches, Ab utili.
Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, à me Pã Ab hone-
sto.

philum.

HECYRAE

L. Lepida es. sed scin' quid volo prius sodes facias? B.
quid vis? cedo

Bona meretrix contra consuetudinem facit.

L. Eas ad mulieres huc intro, atque isthuc iusiurandum idem

Polliceare illis: exple animum his, teque hoc crimine expedi.

B. Faciam: quod pol, si esset alia ex hoc questu, haud faceret. scio;

Ut de tali causa nubere mulieri se ostenderet.

Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum,

Nec leniorem vobis quod est minime aequum, viderier

Immerito, nam meritis de me est, quod queam, illi ut commodem.

Suspicionem suam fatetur. L. Facile, benevolunt; lingua tua iam tibi me reddidit: Nam non sunt sole arbitrata haec: ego quoque hoc etiam credidi:

Nunc autem cum ego te esse praeter nostram opinionem comperi,

Aposiopes grati.

Fac, eadem ut sis: porro nostra utere amicitia, ut vobis.

Comminatio pollicitationi admista.

Aliter si facias. sed reprimam me, ne aegre quicquam ex me audias.

Verum te hoc moneo unum, qualis sim amicus, aut quid possim,

Potius quam inimicus, periculum facias. B. faciam sedulo.

ACTVS QVINTI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Quae dudum Lacheti, eadem haec Phidippo Bacchis promittit, se intro abituram ad Sostratam & Myrrhinam, ut illis purgetur.

Iam-

Iambici Tetrametri Catalectici, & vnus dimeter Catalecticus.

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur.

Post varia nutricis poscentis verba.

Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer vt satur sit facito.

L. Noster socer, video, venit: puer nutricem adduxit, Phidippe Bacchis deierat persanctè. **P.** heccine ea est? **L.** hac est.

Phidippus ad generalem promissionem se confert dicens.

P. Nec pol istæ metuunt Deos: neque has respicere Deos opinor.

B. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exequire licet. hæc res hic agitur, **P.** amphilo me facere vt redeat vxor,

Nihil apud me. Meretrices irreligiosæ.

Oportet: quod si perficio, non pœnitet me fama, Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.

Firmius argumentum.

L. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso Nobis in re ipsa inuenimus: porro hanc nunc experiamur:

Suspectas, nõ de adulterio, sed de nurus discessu.

Nã si compererit crimini tu a se falso vxor credidisse, Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,

Quòd peperit vxor clàm, id leue est: citò ab eo hæc ira abscedet.

Profectò in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum.

Post discussionem hoc infert.

P. Velim quidem hercle. **L.** exquire: adest: quod satis sit, faciet. **B.** faciet.

P. Quia isthęc mibi narras? an quia non te ipse audisti dudum,

Correptio. De hac re animus meus ut sit Laches? illis modò ex-
ple animum.

L. Quæso & de pol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute
ut serues.

Alia per-
suadendi ra-
tiones.

B. Ob eam rem vis ut ego intro eam? L. i, at que exple
animum his, ut credant.

B. Eo eisi scio pol his fore meum conspectum inuisum
hodie:

Nam nupta meretrici hostis est, à viro ubi segregata
est.

L. At hæ amicae erunt, ubi quamobrem adueneris,
resciscunt.

P. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi
cognouerint:

Ostendit
commune
bonū vtri-
que euentu
rum.

Nam illas errore, & te simul suspicione exsolues.

B. Perij: pudet Philumena: sequimini me. intro hinc
ambae.

L. Quid est, quod mihi malum, quam quod huic intelli-
go euenire:

Rem, ex a-
micitia se-
nis gloriã,
ex facto sin-
gulari.

Ut gratiam ineat sine dispendio, & mihi vnã profit?

Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum vere ab se segre-
garit,

Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem nata, & gloriam
esse:

Refert q; gratiã ei: vnaq; nos sibi opera amicos iūget.

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Per annuli, quem Pamphilus, dederat Bacchidi, cognitionẽ,
Philumena ab eo compressa ostenditur.

Trochaici, & Iambici Trimetri Catalectici.

A Edepol ne meam herus esse operam deputat par
ui pretij,

Qui ob rem nullam misit : frustra vbi totam desedi
diem,

Myconium hospitem dum expecto in arce Callidemi
dem:

Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, vt quisque vene
rat,

Accedebam. Adolescens, dic dum queso, es tu Myco
nius?

Non sum, at Callidemides? non hospitem ecquem Pam
philum

Hic habes? omnes negabant : neq; enim quenquam esse
arbitror.

Denique hercle iam pudebat : abij, sed quid Bacchi
dem

Ab nostro affine exeuntē vide o? quid huic hic est rei?

P. Parmeno, opportune te offers : propere, curre ad Pam
philum.

P. Quid eo? B. dic me orare vt veniat. P. ad te? B.

P. Quid rei est? B. tua quod nihil refert, percontari
desinas.

P. Nihil aliud dicam? B. etiam, cognosse annullum il
lum Myrrhinam

Gnatæ suæ fuisse : quem ipse mibi olim dederat. P.

Tantum ne est? B. tantum, aderit continuo : hæc vbi ex
te audierit.

Hoc à sto
machare di
citur Ieruo
tâquam ab
hero deſo
latus fit,

Prouerbiū
in curiosos
perconta
tores.

Tantum, ec
clipsis.

Minimè
equidem
quasi dicat,
Curere ne
queo,

Sed

HECYRAE

Sed cessas? P. minimè equidem. nam hodie mihi potestas haud data est:

Ita cursando atque ambulando totum hunc contrividi diem.

B. Quantam obtuli aduentu meo lætitiã Pamphilo hodie?

Quot commodas res attuli? quod autè ademi curas? Gnatũ ei restituo, qui pene harũ ipsiusq; opera perijt. Vxorem, quam nunquam est ratus post hac se abiturum, reddo:

Quare suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolui. Hic adeò his rebus annulus fuit initium inveniundis. Nam memini abhinc menses decem ferè ad me nocte prima

Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum,

Cum hoc anulo: extimui illico: mi Pamphile inquam amabo,

Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum istũ nactus.

Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id video,

Nescio quid suspicaver: magis cœpi instare, vt dicat. Homo se fateri a vi in via virginem nescio quam cõ-

pressisse: Dicitq; se illi annulum, dum luctat, detraxisse:

Eum hæc cognovit Myrrhina in digito modò me habentem:

Rogat vnde sit: narro omnia hæc: inde est conditio facta.

Et a.

Philu-

Hic reliquã argumenti partem Bacchis sola secum memorat.

Annulus fabule nodũ soluit.

Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde hunc natum.

Hæc propter me gaudia illi contigisse lætor:

Et si hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rem nostram,

Vt quisquam amator nuptijs lætetur, verum æcastor. Nunquam animum quasi gratia ad malas adducam partes.

Ego dum illo licitum est, vasa sum benigno, & lepido, & comi.

Incommodè mihi nuptijs euenit, factum fateor:

At pol me fecisse arbitror, ne id meritò mihi eueniret. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda equum est ferre.

ACTVS QVINTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione anuli, quem olim dederat Bacchidi. Eiusdem mirificè laudatur vxor.

Tetrametri & pauci Trimetri.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

*V*ide mi Parmeno, etiam sodes, vt mihi hæc certa clara attuleris,

Ne me in breue hoc conijcias tempus, gaudio hoc falso frui.

Par. Visum est. Pam certò ne. Par. certè. Pam. Deus sum, si hoc ita est. Par. verum reperies.

Pam. Mane dum sodes: timeo ne aliud credam, atque aliud nunties.

Par. Maneo. Pam. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam,

Inde, ab anulo & narratione cõcludit fabulæ narrationem.

Honesta meretrix.

Quod misere cupit Pãphilus, tardus ob affectum credere potest. Sic fit in rebus subitis.

Amphibologicos ex affectu.

Bacchi-

HECYRAE

Bacchidē annulum suum habere. Par. factum. Pam.
eum quem olim ei dedi:

Eaq; hoc te mihi nunciare iussit: ita ne est factum?

Par. ita inquam.

Pam. Quis me est fortunatior, venustatisq; adeo ple-
nior? ego ne te

Pro hoc nuncio quid donem? quid? quid? nescio. Par.
at ego scio.

Pam. Quid? Par. nihil enim. Nam neq; in nuntio, nec
in me ipso boni quid sit, scio.

Pam. Ego ne, qui ab Orco mortuum me reducem in
lucem feceris,

Sinam sine munere à me abire? ab nimium me ingra-
tum putas.

Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:

Me expectat credo adibo. B. salve Pamphile.

Pam. O Bacchis. ô mea Bacchis, servatrix mea.

B. Bene factum & volupe est. Pam. factis ut credam
facis:

Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,

Ut voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque
adueneris,

Semper fiet. B. at tu ex castor morem antiquum, atque
ingenium obtines.

Ut vnus hominum homo te viuat nunquam quisquā
blandior.

Pam. Ha, ha, ha, tūne mihi isthuc? Ba. recte amasti
Pamphile uxorem tuam.

Nam nunquam ante hūc diem meis oculis eam, quod
nossem, videram:

Perli

Perliberalis visa est. Pam. dic verum. B. ita me di-
ament Pamphile.

Pam. Dic mihi, harum rerū nū quid dixti iam patri?

B. nihil. Pam. neque opus est

Adeò multo placet nō fieri hoc itidē, vt in comædijs,
Omnia omnes vbi resciscunt: hi, quos par fuerat res-
ciscere,

Sciunt: quos non autem scire æquum est, neque rescis-
cunt, neque scient. (dabo,

B. Imò etiam hoc qui occultari posse facilius credas,
Myrrhina ita Phidippo dixit, iuriurando meo
Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. Pã.
opiumè est:

Speroq; hanc rem esse euenturam nobis ex sententia.

Par. Here, licet ne me scire ex te, hodie quid sit, quod
feci boni?

Aut quid isthuc est, quod vos agitis? Pam. non licet.

Par. tamen suspicor:

Egò ne hunc ab Orco mortuum? quo pacto? Pam. ne-
scis Parmeno,

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærum-
na me extraxeris.

Par. Imò verò scio, neque hoc imprudens feci. Pam.
ego isthuc satis scio.

Par. An temere quicquam Parmenonem prætereat,
quod factò vsus sit?

Pam. Sequere me intrò Parmeno. Par. sequor, equi-
dem plus hodie boni

Feci imprudēs, quā sciēs ante hūc diē vnquā. Plaudite.

HECYRAE FINIS.

ARGV.

Harum re-
rū scilicet
de concue-
tudine no-
stra.

Vt in co-
mædijs,
quasi hæc
comædia
non fit, sed
veritas.

Hoc auge-
beneficium
meritum.
Iactantia ser-
uilis.

ARGUMENTVM PHORMIONIS.

Protasis.



VM Antipho absente patre puellam quandam vnice deperiret, nec posset ea potiri, nisi vxorem duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confectæ sunt technis Lycophantæ cuiusdam Phormionis. Is enim ex composito diem dicit Antiphoni: si agit puellam ei cognatam esse, neque quenquam alium priorem cui nubat. Facile est vincere non repugnantem, ita legibus ducere cogitur Antipho.

ERITASIS

Non probatur avaro patri, vbi redijt, factum: vt qui malebat filio opulentam aliquam, & dotatum obtrudere. Quare cum Phormione exoptulat, cur in has nuptias se absente filium coniecerit. Tandem paciscitur etiam mercedem, minas triginta, si receperit ad sese puellam. Ibi vero & Antipho in discrimen venit, ne per eam conditionem ipse vnice charam & iucundam coniugem amitteret.

CATASTROPHE.

Ieter ea domum redit & patruus Antiphonis: hic fidem facit puellam Antiphoni nuptam, ex se in Lemno susceptam esse, vbi cum muliercula quadam consueuerit: gaudetque ita casu cecidisse, se absente, vt is duceret, quem maximè ipse generum cuperet, & paulò antè ambibat. Ita fit vt Antipho retineat vxorem, & nuptiæ patri probentur.

Secunda Catastrophes pars.

Porro triginta minæ quos ludos reddidere? Has extorserrat Phormio: quanquam dissimularet dadas alteri adolefcenti Phædriæ, qui citharistriam mercaretur: & iam perierat pecunia: quam cum respolcunt senes, Lycophanta prodit Chremetem apud vxorem, & docet conuulsi cum alia quadam peregre, simulq; impetrat, vt Phædriæ id argentum condonetur: estq; ridicula admodum catastrophes pars, vbi mulier maritum obiurgat, parum memorem huius iur.

PHOR-



PHORMIONIS PERSONÆ:

PHORMIO, parasitus.
 DEMIPHO, senex.
 ANTIPHO, adolescens.
 GETA, seruus.
 DORIO, leno.
 CHREMES, senex.

PHAEDRIA, adolescens.
 DAVVS, seruus.
 SOPHRONA, nutrix.
 NAVSISTRATA, matrona.
 MERGIO, CHRATINVS.
 CHRITO, aduocati.

C. SVLPI. APOLLINARIS Periocha.

Senarij.

Chremetis frater aberat peregrè Demipho,
 Relicto Athenis Antiphone filio.
 Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam:
 Athenis aliam coniugem, & amantem vnice
 Gnatum fidicinam. mater è Lemno aduenit
 Athenas: moritur, virgo sola (abrat Chremes)
 Funus procurat. ibi eam visam Antipho
 Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
 Pater & Chremes reuersi fremere: dein minas
 Triginta dant parasito, ut illam coniugem
 Haberet ipse: argento hoc emitur fidicina.
 Uxorem retinet Antipho à patre agnitam.

V

PHORE

PHORMIO TERENTII.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POS-
THVMIO ALBINO, L. CORNELIO
MERVLA ÆDILI. CVRVL. EGERE, L.
AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS
PRAENESTINVS. MODOS FECIT
FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPA-
RIB. TOTA GRAECA APPOLLODO-
RV EPDICA ZOMENOS. FACTA
QVARTO, CN. FANNIO, M. VALE-
RIO COSS.

PROLOGVS. Senarij.



*OSTQVA M poëta vetus, poëtam non
potest
Retrabere à studio, & transdere hominem
in otium:*

*Maleactis deterrere, ne scribat, parat:
Qui ita dicat, quas antea fecit fabulas,
Tenui esse oratione: & scriptura leui:
Qua nusquam scripsit insanum adolescentulum
Cervam videre, fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare vt subueniat sibi.
Quòd si intelligeret, cum stetit olim noua,
Actoris opera magis stetisse, quàm sua:
Minus muliò audacter, quàm nunc lædit, læderet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet:*

Recrimina-
tio.

Accusatio à
stylo leui.

Accusatorē
accusatus
accusat.

Occupatio
excusat ne
cessitatem.

Vetus

*Vetus si poëta non laceffisset prior,
 Nullum inuenire prologum potuiffet nouus.
 Quem diceret, nisi haberet, cui male diceret:
 Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus
 Palmam esse positam, qui artem tractant musicam,
 Ille ad famem hunc ab studio studuit reijcere,
 Hic respondere voluit, non laceßere.
 Benedictis si certasset, audisset bene:
 Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.
 De illo iam finem faciam dicundi mihi,
 Peccandi cum ipse de se finem non facit.
 Nunc quid velim animum attendite. apporto nouam
 Epidicazomenon, quam vocant comædiam
 Græci, Latini Phormionem nominant:
 Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
 Parasitus, per quem res agetur maximè.
 Voluntas vestra si ad poëtam accesserit,
 Date operam, adeste æquo animo per silentium;
 Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
 Cùm per tumultum noster grex motus loco est:
 Quem actõris virtus nobis restituit locum,
 Bonitasq; vestra adiutans, atque æquanimitas.*

ACTVS PRIMI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Dauus exiens dicit adferre se quam debet Getæ pecuniã:
 & hæc persona extra argumentum inducitur, cui rem gestã
 narraturus est Geta. Senarij.

DAVVS.

Amicus summus meus, & popularis Geta
 Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula

Epidicazõ
 menosagès
 de possessione
 rei, seu
 vindiciarũ.
 Epidicæfia,
 lis vindicia-
 rum.

Phormion
 tegiculum,
 quo pau-
 mentum in-
 sternitur, in-
 de Phormio
 feruile no-
 men.

Per hoc ap-
 paret Hecy-
 ram ante
 Phormio-
 nẽ actam.

Dauus hic
 protatica
 persona est
 nihil ad ag-

PHORMIONIS.

gumentum
comœdiae
spectans.

*Iam pridem apud me reliquum paucillulum
Nummorum, id ut conficerem, confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.*

*QUAM iniquè comparatum est, hi qui minus habent,
Ut semper aliquid addant diuitiaribus?*

Incommo-
da ab vxore

*Quod ille vnicuique vix de demenso suo,
Suum defraudans genium, comparat miser,
Id illa vniuersum abripiet, haud existimans,
Quanto labore partum. porro autem Geta*

Feritur mu-
nere non
qui recipit,
sed qui dat
praesertim
inuitis.

*Ferietur alio munere, vbi heri pepererit,
Porro alio autem, vbi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet,
Puer causa erit mittendi. sed video ne Getam?*

ACTVS PRIMI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Davus pro-
tatica per-
sona, cui Ge-
ta exponit
occasionè
fabulae.

*Geta narrat quò sint profecti senes Demipho & Chremes,
qua occasione coeperit amare Demiphonis filius Antipho.*

Tetrametri Iambici.

GETA. DAVVS.

S*I quis me quæret rufus. D. praesto est, desine. G. oh
At ego obviam conabar tibi Davus. D. accipe, hē,
Lectum est, conueniet numerus, quantum debui.*

G. Amò te, & non neglexisse, habeo gratiam.

Gemina
perturbatio
à cupidis.

*D. Praesertim vt nunc sunt mores, adeò res reddit,
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.*

*Sed quid tu es tristis? G. ego ne? nescis quò in me-
tu, &*

• Aliàs si-
mus.

*Quanto in periculo * sim. D. quid isthuc est? G. scies,
Modo vt tacere possis. D. abi sis insciens:*

Cuius

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
 Verere verba ei credere? ubi quid mihi lucri est
 Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operam tibi dico.
 G. Senis nostri Daue. fratrem maiorem Chremem
 Nostine? D. quid ni? G. quid eius gnatum Phædriam?
 D. Tanquam te. G. euenit senibus ambobus simul
 Iter, illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
 Ad hospitem antiquum, is senem per epistolas
 Pellexit, modò non monteis auri pollicens.
 D. Cui tanta erat res & supererat? G. desinas,
 Sic est ingenium. D. ob, regem me esse oportuit.
 G. Abeuntes ambo hinc cum senes, me filijs
 Relinquit quasi magistrum. D. ó Get a, prouinciam
 Cepisti duram. G. mihi vsu venit hoc, scio:
 Memini relinqui me, Deo irato meo.
 Cæpi aduersari primò: quid verbis opus est?
 Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
 D. Venere in mentem isthæc mihi: nam que inscitia est,
 Aduersum stimulum calces? G. cæpi his omnia
 Facere, obsequi que vellet. D. scisti uti foro.
 G. Noster mali nihil quicquam primò. hinc Phædria
 Continuo quandam nactus est puellulam
 Citharistiam. hanc amare cæpit perditè.
 Ea seruebat lenoni impurissimo:
 Neque quod daretur quidquam, id curabant patres,
 Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
 Sectari, in ludum ducere, & reducere:
 Nos otiosi operam dabamus Phædriæ:
 In quo hæc discebat ludo, ex aduersum ei loco
 Tonstrina erat quedam: hinc solebamus ferè

Argumētū
 à maiore.
 Miræ nar-
 rationis cō-
 pendiū per
 interroga-
 tionem.

Prouerbia
 quā maxi-
 mē inter
 se diuersa.
 Puellulam,
 ab ætate: cū
 charistriam
 ab arte lau-
 dat.

PHORMIONIS.

Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum,
 Interea dum sedemus illic, interuenit
 Adolescens quidam lachrumans: nos mirarier,
 Rogamus quid sit: nunquam aequae (inquit) ac modò
 Paupertas mihi onus visum est & miserum, & graue.
 Modò quandam vidi virginem hic vicinię
 Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
 Ea sita erat ex aduerso, neque illi beneuolens,
 Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
 Quisquam aderat qui adiutaret funus. miseritum est.
 Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opus est?
 Commorat omnes nos, ibi continuo Antipho.
 Voltis ne eamus visere? alius, censeo:
 Eamus: duc nos sodes, imus, venimus,
 Videmus: virgo pulchra, & quo magis diceres,
 Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
 Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
 Lachrumę, vestitus turpis: ut, ni vis boni
 In ipsa inesset forma: hæc formam extinguerent.
 Ille qui illam amabat si dicinam, tantummodo
 Satis, inquit, scita est: noster verò? D. iam scio:
 Amare cœpit. G. scin' quam? quò euadat, vide:
 Postridie ad anum recta perguit. obsecrat,
 Ut sibi eius faciat copiam. illa enim se negat:
 Neq; eum equum ait facere: illam ciuem esse Atticã,
 Bonam, bonis prognatam. si uxorem velit,
 Lege id licere facere: sin aliter, negat.
 Noster quid ageret, nescire: & illam ducere
 Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
 D. Non, si redisset pater, ei veniam daret?

Miserã ob
affectũ sci-
licet.

Auxesis, nã
res minuun-
tur, senten-
tia augetur.
Laus à for-
ma.

Ocasio, qua
Antipho à
mare cœ-
pit.

Mira genui-
næ formæ
descriptio.
Scita id est,
bella, mode-
sta.

Laus à loco
à persona,
a maiori-
bus.

Nescire, id
est, nescie-
bat.

G. Illène indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D. quid fit denique?

Alia causa
litis futura.

G. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens. qui illum diu omnes perduint?

D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit:

Phormio-
nis fictu co-
filium.

Lex est, ut orba qui sunt genere proximi,
His nubant, & illos ducere eadem haec lex iubet.

Attica lex.

Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:

Paternum amicum & me assumulabo virginis:

Ad iudices veniemus: qui fuerit pater

Qua mater, qui cognata tibi sit, omnia haec

Constringam: quod erit mihi bonum, atque commodum,

Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.

Pater adevit: mihi paratae lites: quid mea?

Illam quidem nostram erit. D. ioculari audaciam.

Gradus

Sententia

G. Persuasit homini: factum est: ventum est: vincimur:

moralis.

Duxit. D. quid narras? G. hoc quod audis: D. o Geta,

Consolatio

laudatoria.

Quid te futurum est. G. nescio bene: unum hoc scio:

Oratio pre-

Quod fors feret, feremus equo animo. D. placet:

catoris ad

Hem isthuc viri est officium. G. in me omnis spes est

dominum

mittendi.

mibi.

D. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi

Urbaniter

de Phaedria

Sic oret: Nunc omitte queso hunc: ceterum

inquirit.

Posthac si quicquam: nihil precor: tantummodo

Non addas ubi ego hinc abiero, vel occidito.

D. Qui ille pedagogus, qui citharistram?

Præparatio

inopinati

adventus se-

Quid rei gerit? G. sic tenuit er. D. non multum habet

nis.

Quod det fortasse. G. imò nihil, nisi spem meram.

D. Pater eius redijt, an non? G. nondum. D. quid? senē

Quoad expectatis vestrum? G. non certum scio:

PHORMIONIS.

*Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modò,
 Et ad portitores esse delatam hanc petam.
 D. nunquid Geta aliud me vis? G. ut bene sit tibi.
 Puer heus, nemon' huc prodiit? cape da hoc Dorcio.*

ACTVS PRIMI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Contendunt inter se adolescentes, vter eorum magis sit miser. Vnde tota hæc scena versatur in genere causæ demonstratiuæ Trochaici Iambici permixti, & confusi, Dimeter vnus.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

Querela adolescentis continens protasim, & peccati expositionem.

Antipho timidus, Phædrig audax.

Formidantis querela.

Amoris cruciatus.

A Deon' rem redisse, vt qui mihi consultum optime velit esse

Phædria, patrem vt extimescam, vbi in mentem eius aduenti venit?

Quod ni fuisssem incogitans, ita eum expectarem, vt par fui.

P. Quid isthuc est? An rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?

Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,

Heu me cupidum eò compulisset, quod mihi principium est mali.

Non potius essem: fuisset tum mihi illos ægrè aliquot dies:

At nõ quotidiana cura hæc angeret animũ. **P.** audio.

A. Dum expecto quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

P. Alijs quia desit, quod amant, ægrè est: tibi quia superst dolet.

Amore abundas, Antipho.

Nam tuā quidam herclē certe vita hęc expetenda,
obtandaque est.

Ita me dij bene ament, vt mibi liceat tamdiu quod
amo, frui.

Iam depascisci morte cupio: tu conijcito cętera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex
isthac copia.

Vt ne addam quod sine sumptu ingenuam, liberalem
nactus es:

Quod habes, ita vt voluisti, vxorem sine mala fama:
palam (ferat.

Beatus: ni vnum hoc desit, animus qui modeſte isthac

Quod si tibi res sit cum eo lenone, quo cum mihi est,
tum sentias. (ret:

Ita pleriq; ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœni-

A. At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phę-
dria,

Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid ve-
lis:

Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix
iocum,

Vt neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.

Sed quid hoc est? video ne ego Getam currentem adue-
nire hęc?

Is est ipsus: hei timeo miser, quam hic mihi nunc rem-
nuntiet.

Adagium.

Ecclie di-
cit, eo quod
non amet
nuptam.

Semper e-
nim metui
nimitū prę-
saga mali-
mens.

ACTVS PRIMI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Geta Antiphoni affert, è Cilicia redisse patrem, quo nun-
tio tantus iniecitur metus male sibi concio adolescenti, vt

PHORMIONIS.

subducatur ilico sese.

Iambici Quadrati, admittis Trochaicis, Senarij quidam, Dimeter item vnus, & Monometer Hypercatalecticis.

GETA ANTIPHON. PHAEDRIA.

Protasis, & consultatio quo modo placent senem.

Nostra, cuius scilicet auctor fui. Quod Antiphone n scilicet dixisset uxore, Exclamatio stupentis.

Couassem, id est, comportassem aut collegissem, furtim.

Verbo deliberatis.

Nullus es Geta, nisi aliquod iam tibi consilium celere repereris:

Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala:

Quae neq; vi deuiem scio: neq; quomodo me inde extraham,

Nam non potest celari nostra diutius iam audacia.

Quae si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.

A. Quidnam ille commotus venit? G. tum temporis punctum mihi

Ad hanc rem est. herus adest. A. quid isthuc mali est?

G. Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiae?

Loquar ne? incendam: taceam? instigem: pargem me? laterem lauem.

Eheu me miserum: cum mihi paueo, tum Antiphonem excruciat animi:

Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo esset,

Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam:

Aliquid conuasissem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

A. Quam hic fugam, aut furtum parat?

G. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua querere insi-

insistam via?

P. Te nominat. A. nescio quod magnum hoc nuncio
expecto malum.

P. Ah, sanus ne es? G. domum ire pergam, ibi pluri-
mum est.

P. Reuocemus hominem. A. sta illico. G. hem,
Satis pro imperio, quisquis es. A. Geta. G. ipse est quem
volui obuiam, (expedi.

A. Cedò quod portas obsecro? atque id, si potes, verbo

G. Faciam. A. eloquere. G. modò apud portum. A.
meum ne? G. intellexi. A. occidi. G. hem.

A. Quid agam? P. quid ais? G. huius patrem vidisse
me, patrum tuum.

A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium
inueniam miser?

Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut
distrabar,

Nulla est mihi vita expetenda. G. ergo isthæc cum ita
sint Antipho,

Tantò magis te aduigilare æquum est: FORTIS
FORTUNA ADIUVAT.

A. Non sum apud me. G. atqui opus est nunc, cum ma-
ximè, ut sis Antipho.

Nam si te senserit inimicum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. P. hoc verum est. A. non pos-
sum immutariter.

G. Quid faceres, si aliud quod grauius tibi nunc faci-
dum foret?

A. Cùm hoc non possum illud minus possem. G. hoc
nihil est Phædria: licet,

Affectum ti-
mentis.

Apostrophe
amatoria.

Sententia
Virgil Au-
daces fortu-
na iuuat.

Culpa sus-
picio ex ti-
more.

Dialectica
illatio à mi-
nore.

PHORMIONIS.

Hæc in ge-
stu confi-
stunt.

Quid conterimus operam frustra? quin habeam? P.
& quidem ego. A. obsecro.

Quod si assumulabo? satin est. G. garris. A. voltum
contemplamini:hem,

Satin sic est? G. non. A. quid si sic? G. propemodū. An.
quid si sic? G. sat est.

Breviter to-
tam defen-
sionē præ-
scribit.

Hem isthuc serua, & verbum verbo, par pari vt res-
pondeas.

Ne te iratus suis se vis dictis protelet. A. scio.

G. Vi coactum te esse inuitam, lege, iudicio: tenes?

Conscien-
tiæ stimu-
lus.

Sed quis est senex, quem video in vltima platea? A.
ipsum est.

Amatorie
prius Pha-
nium, quam
se comme-
dat.

Non possum adesse. G. ab quid agis? quò abis Anti-
pho? mane mane inquam. A. egomet me noui, &
peccatum meum:

Vobis commendo Phanium & vitam meam.

Ad omnia
separatum
indicat.

P. Gera quid nunc fiet? G. tu iam lites audies:

Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.

Sed quod modò hic nos Antiphonem monuimus,

Quia nunc
preliū erit,
tūc præcul-
sio fuit.

Id nosmetipsos facere oportet Phædria.

P. Aufer mihi, oportet: quin tu quod faciam, impera.

G. Meministi olim vt fuerit vestra oratio

In re incipiunda ad defendendam noxiam?

Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optimam.

Aliàs po-
tes.

P. Memini. G. hē nūc ipsa est opus, aut, si quid *porest

Meliore, & callidore. P. fiet sedulò.

G. Nunc prior adito tu: ego in instans hīc ero

Succenturiatus, si quid deficies. P. age.

ACTVS SECVNDI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Filiam Antiphonem se absente vxorem duxisse admodum
 agrè fert Demipho à Phædria ille & Geta seruo defenditur.
 Ad postremum Demipho: conuenire Phormionem. Consti-
 tuit. vt iniuriam cum eo expostulet, qui ducendæ puellæ au-
 ctor fuerit. Octonarij, Senarij, vnus Catalecticus, &
 vnus Hyper meter.

DEMIPHO. GETA. PHÆDRIA.

ITà ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?
 Nec meum imperium: agè, nullo imperium: non si-
 multatem meam

Turbæ gli-
 scunt pater
 cum adue-
 niens quæ-
 ritur de fi-
 lij peccato.

Reuereri saltem? non pudere? o facinus, o Geta

Monitor. G. vix tandem. D. quid mihi dicem? aut quã
 causam reperiem?

Demiror. G. at qui reperi iam: aliud cura. D. an ne hoc
 dicent mihi:

Inuitus feci: lex coëgit: audio, & fateor. G. plates.

D. Verum scientem, taciturnum, causam tradere aduer-
 sarijs,

Etiã ne in lex coëgit? P. illud durum. G. ego expe-
 diam: sine.

D. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque
 incredibile hoc mihi obtrigit:

Ita sum iritatus, animum vt nequeam ad cogitan-
 dum instituere,

QUAM OBREM OMNES, cùm secundæ
 res sunt maximè, tum maximè

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam arum-
 nam ferant.

Pericla, damna, exilia, peregrè rediens semper cogi-
 tet,

Aut filij peccatū, aut vxoris mortē, aut morbu filij:

Vinci po-
 test qui par-
 tem defen-
 sionis ad-
 mittit.

Præparatio
 futuræ de-
 fensionis.
 Amplificat
 querelam.
 Gnome.
 Sincerū in-
 stitutum.

Cōmunia,
 id est, ex re-
 rum vtu.

P H O R M I O N I S.

Iam ferme fracta senis ira.
Facetum. *Communia esse hæc, fieri posse, ut ne quid animo sit nouum.*
Seruorum supplicia. *Quicquid præter spem eueniat, omnem id deputare esse se in lucro.*
Irrisoria huius dicti re iumptio. *G. O Phædria, incredibile est, quanto herum ante eo sapientia.*
Mitia verba lenis de Phædria. *Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit,*
Denuo salutatur ut interim mitescat. *Molendum vsque in pistrino: vapulandum: habende compedes:*
Exclamatio ironica. *Opus ruri faciundum horum nihil quicquam accidet animo nouum.*
Egone illi, emphatice. *Quicquid præter spem eueniet, omne id deputabo esse in lucro,*
Summa contradictionis. *Sed quid cessas hominem adire, & blandè in principio alloqui?*
Virg. Et crimine ab uno. *D. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.*
Dice omnes. *P. Mi patruæ saluæ. D. saluæ: sed ubi est Antipho?*
P. Saluum aduenire. D. credo: hoc responde mihi.
P. Valet: hæc est, sed sat in omnia ex sententia?
D. Vellem quidē. P. quid isthuc? D. rogitas Phædria?
Bonas me absente hæc confecistis nuptias.
P. Eho, an tu id succenses nunc illi? G. ô artificem probum.
D. Egone illi non succenseam? ipsum gestio dari mihi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
P. Atqui nihil fecit patruæ, quod succenseas.
D. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt: Vnum cognoris, omnes noris. P. bandita est.

D. Hic

D. Hic innoxia est: ille ad defendendam causam ad est:

Cum ille est: hic præstò est: tradunt operas mutuas.

G. Probè eorum facta imprudens depinxit senex.

D. Nam ni hæc ita esset, *cū illo haud stares, Phædria.

P. Si est patruæ, culpam vt Antipho in se admiserit,

Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:

Non causam dico, quin quod meritus est, ferat.

Sed si quis fortè malitia fretus sua,

Insidias nostræ fecit adolescentiæ,

Ac vicit: nostræne ea culpa est, an iudicum:

Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti,

Aut propter misericordiam addunt pauperi?

G. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.

D. An quisquam iudex est, qui possit noscere

Tua iusta, abi tute verbum non respondeas,

Ita vt ille fecit? P. functus adolescentuli est

Officium liberalis: postquam ad iudices

Ventum est, non potuit cogitata proloqui:

Ita eum tum timidum obstupescit pudor.

G. Laudo hunc: sed cesso adire quam primum senem?

Here salue: saluum te aduenisse gaueo. D. ob.

Bone custos salue, columnen verò familiæ.

Cui commendavi filium hinc abiens meum.

G. Iamdudum te omnes nos accusare audio

Immerito, & me omnium horum immeritissimo.

Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?

Seruum hominem causam orare leges non sinunt:

Neque testimonij dictio est. D. mitto omnia:

Adde isthuc, imprudens timuit adolescens sino:

Tu seruus: verum si cognata est maximè

Seruius le-
git pro illo
Rethoricū
theoremā,

In accusato-
rem & iudi-
ces,

Translatio
causa.

Geta Phæ-
driam lau-
dat.

Ironia.

Exceptio
sui causa a-
genda.

Singula ita
proferenda
tanquā plu-
ra sint.

Expedita
responsio.

PHORMIONIS

Non fuit necesse habere: sed, id lex iubet

Dotem daretis, quæreret alium virum.

Ecclipsis.

Qua ratione inopem potius ducebat domum?

G. Non ratio, verum argentum deerat. D. Sumeret

Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius.

D. Postremo, si nullo alio pacto, vel fœnore.

G. Hui, dixi pulcre, si quidem quisquam crederet.

Te vino. D. non, non sic futurum est: non potest.

Egò ne illam cum illo ut pariar nuptam unum diem?

Nihil suave meritum est hominem commostrari

Mibi istum volo: aut ubi habitet, demonstrari,

G. Nempe Phormionem. D. istum patronum mulieris.

G. Iam faxo hinc aderit. D. Antipho ubi nunc est? P.

foris.

D. Abi Phædria, curre, atque adducere hunc. P. eo.

Recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.

D. At ego Deos penateis hinc salutatum domum

Deortar, inde ibo ad forum, atque aliquot mihi

Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient,

Ut ne imparatus sim, cum adueniet Phormio.

ACTVS SECVNDI SCENA II.

ARGVMENTVM.

Adducitur Phormio ut factum defendat qui hic se instruit cum sene litigatorus. Trochaici Tetrametri Catalectici,

vsque ad paresceuem scenæ sequentis.

PHORMIO. GETA.

I Tane patris ais conspectum veritum hinc abysse?

G. admodum.

Ph. Phanium relictam solam? G. sic. P. & iratum senem?

G. Oppido. P. ad te summa solam Phormio verum redit:

Tute hoc intristi, tibi omne est excedendum: accingere:

G. Ob-

Istum, per
ceterum ptum.

Simplex est
senex, qui

Phædriam
mittit.

Amicos, id
est, advoca-

tos & tes-

Acceritur
Phormio,

ut defendat
factum. Pul-

chra respõ-

dendi varie-

tas.

UNED

G. Obsecro te. P. si rogitabit? G. in te spes est. P. accere,
 Quid si reddet? G. tu impulisti. P. sic opinor. G. subueni.
 P. Cedò senem : iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.
 P. Quid ages? P. quid vis? nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem senis?
 G. O vir fortis atque amicus: verùm hoc sæpe Phormio
 Vereor, ne isthæc fortitudo in neruum erumpat denique. P. ah,
 Non ita est: factum est periculum, iam pedum visa est via.
 Quot me censes homines iam deuerberasse vsque ad necem
 Hospites? tum ciueis? quò magis noui, tantò sæpius, Cedò dum, en vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?
 G. Qui isthuc? Ph. quia NON RE TE ACCIPITRI tenditur, neque miluio.
 Qui malè faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur:
 Quia enim in illis fructus est, in his opera luditur, Alijs aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest:
 Mibi sciunt nihil esse dices, ducent damnatum domum.

Hoc facit ad fallaciã. Iactãtia de con filijs re pertis.

Tria promittit quibus tota Antiphonis causacõ stituitur.

Prouerbiũ à sagitarijs natum.

Metaphoricos omnino & scurriliter,

Allegoricè & triualiter.

Diuites periclitantur.

PHORMIONIS

Facere eadē se vocat.

Alere nolunt hominem edacem : & sapiunt mea quidem sententia,

Pro maleficio si beneficium summum : nolunt reddere.

G. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.

P. Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.

Summa parasitorū felicitas cibus

Tene a symbolum venire unctum, atq; lautum è balneis,

Otiosum ab animo : cum ille & cura, & sumptu absumitur.

Dum tibi sit, quod placeat : ille ringitur, tu rideas :

Prior bibas, prior decumbas : cœna dubia apponitur?

Ge. Quid isthuc verbi est? P. ubi tu dubites, quid sumas potissimum,

Proverbiū suū ipse exponit.

Hæc quum ratione ineas, quam sint suavia, quam & chara sint :

Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem Deum?

G. Senex adest : vide quid agas : prima coitio est acerrima :

Si eam sustinueris : post illa iam, vt lubet, ludas licet.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Cōcertatio Hæc scena concertationem habet Demiphonis & parasiti Phormio. Clam patre uxorem duxerat Antipho, domum reuersus patris & Demiphonis, illam vult eijcere : contradicit Phormio, Senarij omnes.

DEMIPHO. GETA, PHORMIO.

EN, vnquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
Adeste quaeso. G. iratus est. P. quin tu hoc age:

Exclamatio
per conge-
minationē
miræ vehe-
mentia.

Iam ego hunc agitabo. Pro Deū immortalium,
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? G. negat.

P. Neque eius patrem se scire, qui fuerit? G. negat.

D. Ipsum esse opinor, de quo, agebam, sequimini.

P. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.

P. Quia egens relicta est misera ignoratur parens,
Negligitur ipsa: vide auaritia quid facit.

G. Si herum insimulabis* auaritia. malè audies.

D. O audaciam, etiam me vltro accusatum aduenit.

P. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera via erat, ruri ferè

Se continebat: vbi agrum de nostro patre

Colendum habebat: saepe interea mihi senex

Narrabat se hunc negligere cognatum suum:

At quem virum? quem ego viderim in vita optu-
mum.

G. Videas te, at que illum: vt narras. P. abi in malam
crucem:

Nam ni ita eum existimaßem, nunquam tam graueis

Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam:

Quam is spernatur nunc tam illiberaliter.

G. Pergin'bero absenti malè loqui impurissime?

P. Dignum autem hoc illo est. G. ain' tandem carcer?

D. Geta.

G. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.

Cōquesti-
ad coronā
spectatorū

Aliàs mali-
tia.

Veterator
callidus
hæc omnia
fugit.

Amphibolo-
gia.

PHORMIONIS

Cōtumelia in parasitū. Callida Getæ dissimulatio. P. Responde. G. quis homo est? ehem. D. tace. G. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias Nunquam cessant dicere bodie. D. obe desine. Adolescens, primum abs te hoc bona venia expecto: Si tibi placere potis est: mihi vt respondeas: Quam amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi, Et qui cognatum me sibi esse diceret.

Vulgaris disceptatio P. Proinde expiscare, quasi non nosses. D. nossem? P. ita.
 D. Ego me nego. tu, qui ais, redige in memoriam.
 P. Eho tu sobrinum tuum non noras? D. enecas: Dic nomen. P. nomen? maxumè. D. quid nunc taces? P. Perij hercle, nomen perdidit. D. hem, quid ais. P. Geta:

Falsi nominis non meminit. Si meministi id quod olim dictum est: subijce. hem, Non dico, quasi non noris, tentatum aduenis.
 D. Ego ne autem tento? G. Stilpho. P. atque adeò, quid mea?

Subijcere, admonere. Stilpho est. D. quem dixti? P. Stilphonem inquam noveras?
 D. Neque ego illum noram, nec mihi cognatus fuit Quisquam isthoc nomine. P. ita ne? non te horum pudet?

Syncope. At si talentum rem reliquisset decem.

Imprecatio D. Dij tibi male faciant. P. primus esses: memoriter Progeniem vestram vsque ab auo, atque atavo proferens.

Senex confidit iustæ causæ. D. Ita vt dicis ego tum si aduenissem, qui mihi Cognata ea esset: dicerem: in idem tu face: cedo

Qui

Qui est cognata? G. heus noster rectè, heus tu caue.

P. Dilucide expediui, quibus me oportuit

Iudicibus: tum si id factum fuerat, filius,

Cur non refellit? D. filium narras mihi?

Cuius de stultitia dici, vt dignum est, non potest.

P. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,

Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi:

Quandoquidem solus regnas, & soli licet

Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.

D. Et si mihi facta iniuria est: veruntamen

Potius quàm lites secler, aut quam te audiam,

Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet

Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

P. Ha, ha, hæ, homo suavis. D. quid est, nam iniquum
postulo?

An' ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicum
est?

P. Itane tandem queso, ciuem item vt meretricem?
vbi abusus sis,

Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? an

Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret

Propter egestatem proximo iussa est dari,

Vt cum vno etatem degeret: quod tu vetas?

D. Ita, proximo quidem: at vos vnde? aut quamobrem?

P. obe,

Actum, aiunt, ne agas. D. non agam? imò haud desi-
nam,

Donec perfecero hoc. P. ineptis. D. sine modò.

P. Postremò tecum nihil rei nobis Demipho est:

Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua

Compēdiū
conuiciorū!

Irridet se-
nem.

Mons ve-
tus & obso-
letus.

Redit ad cō-
cordiam,

Ironice,
Argumen-
ta per inter-
rogationē
sunt fortio-
ra.

Prouerbiū!
Perfecero,
subiūctiuus
ornatè pro
indicatiuo!

PHORMIONIS

Præterierat iam ad ducendum ætas. D. omnia hæc
illum putato, quæ ego nunc dico, dicere.

Definitiuè
respondet. Aut quidem cum vxore hac ipsum prohibeo domo.
G. Iratus est. P. tute idem melius feceris.

Voluntas est
necessitati
accommo-
danda. D. Itane est paratus facere me aduersum omnia

Infælix? P. metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. G. bene habent tibi principia. P. Quin
quod est

Ferendum feras: tuis factis dignum feceris,
Ut amici inter nos simus. D. egone tuam expetam

Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?

Acerbè lu-
dit Phor-
mio. P. Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.

D. Te oblectet, tibi habe. P. minime verò iram. D.
hoc age.

Irrisoriè ad
Getam hæc. Satis iam verborum est: nisi tu properes mulierem

Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.

P. Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est li-
beram,

Dicam impingam tibi grandem. Dixi Demipho.

Si quid opus fuerit, heus, domo me. G. intelligo.

ACTVS SECVNDI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Consulit Demipho aduocatos super filij coniugio: vnus
suadet, dissuadet alter, tertius nihil dicit, qui se alterutri iun-
gere debuit: versatur autem in deliberatiuo. Senarij,

DEMIPHO. GETA.

HEGIO, CHARINVS, CRITO, aduocati.

Quanta

Quanta me cura & solitudine afficit
 Gnatus, qui & se hisce impediuit nuptijs:
 Neque mihi in conspectum prodit, vt saltem sciam
 Quid de hac re dicat quid' ve sit sententiæ,
 Abi tu, vise redieris ne iam, an nondum, domum.
 G. Eo. D. videtis quo in loco res hæc fiet.

Quid ago? dic Hegio. H. ego Cratinum censeo,
 Si tibi videtur. D. dic Cratine. C. me ne vis?

D. Te. C. ego quæ in rem tuam sint, ea v elim facias:
 mihi.

Sic hoc videtur: quod te absente hic filius
 Egit, restitui in integrum, æquum est, & bonum
 Et id impetrabis. dixi. D. dic nunc, Hegio.

H. Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,

QVOT HOMINES tot sententiæ: suus cui-
 que mos,

Mihi videtur, quod sit factum legibus,
 Rescindi posse: & turpè inceptu est. D. dic Crito.

C. Ego amplius deliberandum censeo:

Res magna est. H. num quid nos vis? D. fecisti pro-
 bè:

Incertior sum multò, quam dadum. G. negant

Redisse. D. frater est expectandus mihi, is

Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.

Percontatum ibo ad portum, quo ad se recipiat.

G. At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic sũt,
 sciat.

Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

Cura est in
 spe bono-
 rum, solici-
 tudo in me-
 tu malorũ.
 Consulta-
 tio cū ami-
 cis.

Captatiobẽ
 neuolentiæ
 Ab honesto
 Ab vttili.
 A possibili]

Ab honesto
 & impossi-
 bili.

Critoniscõ
 filium.

Fratris con-
 filium per-
 contatur.

ACTVS TERTII SCENA I.

X 4

ARE

PHORMIONIS

ARGUMENTVM.

Antipho se vehementer inculcat, quòd ita consulto patri se subduxerit, & causam suam alijs tutandam dederit, rem totam denique ex Geta cognoscit.

Iambici Tetrametri, partim Catalectici, partim Acatalectici, admistis Trochaicis quibusdam.

ANTIPHO. GETA.

Seipsum in
prudētiae la-
mentanter
incusat.

E Nimvero Antipho multis modis cum isthoc animo es vituperandus:

Ita ne hinc abysse, & vitam tuam tutandam alijs dedisse?

Alios tuam rem credidisti magis, quàm te, animaduersuros?

Nam vt ut erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ est, consuleres,

Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali, Cuius nunc miseræ spes, opesque sunt in te vno omnes sitæ.

G. Equidem here, nos iam dudum hinc te absentem incusamus, qui abieris.

A. Te ipsum quærebam. G. sed ea causa nihilo magis defecimus.

A. Loquere obsecro: quonam in loco sunt res & fortuna mea?

Nūquid patri subolet? G. nihil etiam. A. ecquid spei porrò est? G. nescio. A. ah.

G. Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. A. nihil fecit noui.

G. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, strenuum hominem prebuit.

A. Quid

Omnia sua
in amica re
perit.

Subolet me
raphora ab
odoribus.

A. Quid is fecit? *G.* confutavit verbis admodum iratum patrem.

A. Heu Phormio *G.* ego quod potui porro. *A.* mi Ge Contentionem eius & Phormionis intelligit.

G. Sic habent principia sese, ut dico, adhuc tranquilla res est:

Mansurusque patrum pater est, dum huc adueniat.

A. quid eum? *G.* ut aiebat,

De eius consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet. Amatorie patrum non saluum optat.

A. Quantus metus est mihi venire huc saluum nunc patrum Geta. Tanquam sine Phanio vivere nequeat.

Nam per eius unam, ut audio, aut viuam, aut moriar sententiam.

G. Phædria tibi adest. *A.* ubi nam? *G.* eccum à sua palaestra exit foras.

ACTVS TERTII SCENA II.

ARGVMENTVM.

Phædria lenonem orat, ut venditam mulierem Pamphilam, non tam cito abducendam tradat, se intra triduum nummos adnumeraturum, quos pro illius redemptione sit pollicitus.

Trochaici Tetrametri Catalectici admixtis Iambicis Acatalecticis. Vnus Senarius Iambicus.

PHAEDRIA. DORIO leno
ANTIPHON. GETA.

Dorio, audi obsecro. *D.* non audio. *Ph.* Parumper, *D.* quin omitte me. Omisso Antiphone producitur alter adolescens in scena.

P. Audi quod dicam. *D.* at enim tædet iam audire eadem millies.

P. At nunc dicam, quod lubenter audias. *D.* loquere, audio.

PHORMIONIS

- nam, vt au-
geatur tur-
bat.
- P.* Nequeo te exorare, vt mancas triduum hoc? quō
nunc abis?
- D.* Mirabar, si tu mihi quicquam afferres noui.
- A.* Hei, metuo lenonem, ne quid suo sumat capiti. *G.*
idem ego metuo.
- Logi verba
ridicula.
- P.* Non mihi credis? *D.* ariolare. *P.* sin fidem do. *D.* fa-
bulę.
- P.* Fæneratum isthuc beneficium tibi pulchrè dices.
D. logi. *P.* crede mihi, gaudebis factō vorum her-
cle hoc est. *D.* somnium.
- Adagium,
Duriuscula
blanditio.
- P.* Experire, non est longum. *D.* cantilenam eandem
canis.
- P.* Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. *D.* gar-
ris modo.
- Irrisoriè
idem prin-
cipium &
compositio
nè seruat.
- P.* Adeone ingenio te esse duro, atque inexorabili,
vt neque misericordia, neque precibus molliri queas.
D. Adeone te esse incogitantem atque imprudentem,
Phædria,
vt phaleratis dictis ducas mē, & meam ductes gra-
tis?
- A.* Miseritum est. *P.* hei veris vincor. *G.* quam vter
que est similis sui.
- P.* Neque Antipho alia cū occupatus esset sollicitu-
dine,
- Tam hoc.
Eclipsis fu-
baudi do-
leo.
Huiusmodi
malo scili-
cet lenone,
- Tum hoc esse mihi obiectum malum? *A.* ab, quid is-
thuc, autem est Phædria?
- P.* O fortunatissime Antipho. *A.* egone? *P.* cui quod
amas domi est:
Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt conflictā
res malo.

A. Mi-

A. Mihi ne domi est? imo, quod, aiunt, auribus teneo
lupum.

Proverbiū

Nam neque quò amittam à me, inuenio: neq; uti reti-
neam, scio.

in perple-
xos.

D. Ipsum isthuc mihi in hoc est. *A.* eia, ne parum leno
sies.

Nunquid hic confecit? *P.* hiccine? quod homo inbuma-
nissimus,

P. Pamphilam meam vendidit? *G.* quid? vendidit? *A.* ain
vendidit?

P. Vendidit. *D.* quam indignum facinus, ancillam gre-
emptam suo.

Ne opper-
tus id est,

P. Nequeo exorare, ut maneat, & cum illo ut mutet
fidem.

ne expec-
tes.

Triduum hoc, dum id, quod est promissum ab amicis,
argentum aufero.

Si non tum dedero, vnā præterea horam ne opper-
tus sies.

Antipho

D. Obtundis. *A.* haud longum, id est, quod orat, Do-
rio exoret sine.

quoque in-
tercedit.

Idem hoc tibi, qui bene promeritus fueris, condupli-
cauerit.

D. Verba isthęc sunt. *A.* Pamphilam, ne hac vrbe pri-
uari sines?

Tum præterea horum amorem distrabi poterin' pa-
ti?

Horū maf-
culinū præ-
ponderat.

D. Neque ego, neque tu. *G.* Dii tibi omnes id, quod est
dignum duint.

Getæ im-
precatio.

D. Ego te complueris aduorsum ingenium meum mē-
ses tuli

PHORMIONIS

Locus à cōtrarijs, Pollicitātem, & nihil ferentem, stentem: & nunc cōtra hęc omnia.

Lenonis auaritia.

Reperi, quid det, neq; lachrumet: da locū melioribus.

A. Certe hercle, si satis commemini, tibi quidem olim est dies,

Quam ad daves huic, pręstituta. Ph. factum. D. num ego isthuc nego?

A. Iam ne ea pręterijt? D. non, verum ei hęc antecessit. A. non pudet

Ecclipsis.

Correptio.

Vaferleno.

Vanitatis? D. minimę, dum ob rem. G. Sterquilinium.

P. Dorio,

Itane iadę facere oportet? D. sic sum: si placeo, vtere.

A. Siccine hunc decipis? D. imo enimvero Antipho hic me decipit,

Nam hic me huiusmodi sciebat esse: ego hunc esse aliter credidi.

Lenonis decretum.

Is me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

Sed vt hęc sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi

Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phędria,

Mea lege vtar, vt potior sit, qui prior ad dandū est. Vale.

ACTVS TERTII SCENA III.

ARGVMENTVM.

Antipho Getam monet, vt argentum inueniat, quod detur lenoni à Phędria.

Cōsultatio de peccunia, vt amittē possit.

Tetrametri omnes vt superiores, & Dimeter vnus.

PHÆDRIA. ANTIPHO. GETA.

Quid faciam? vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser.

Cui minus nihilo est? quod si hic potuisset nunc exorari.

tea triginta
minæ plus
turba fa-
ciant.

Triduum hoc, promissum fuerat. A. ita ne hunc patiemur Geta

Ab equo &
possibili.

Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adiuerit commiter?

Quin cum opus est, beneficium rursus ei experiamur reddere?

G. Scio equidem hoc esse equum. A. age ergo, solus seruare hunc potes.

G. Quid faciam? A. inuenias argentum. G. cupio, sed id vnde, edoce.

A. Pater adest hic. scio: sed quid tum? A. ah, dictum sapienti sat est.

Pater, à quo
scilicet, e-
mungas.

G. Ita ne? A. ita. G. sanè hercle pulchrè suades: etiam tu hinc abis?

Metaphora
à victori-
bus.

Nō triumpho, ex tuis nuptiis si nihil nanciscor mali, Nil etiam nunc me huius causa quærere in malo iubeas crucem?

A. Verum hic dicit. P. quid ego vobis Geta alienus sum. G. haud puto:

Sed parum ne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex,

Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur precii?

Prudenter
hec Geta.

P. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem:

Dum igitur licet, dumq; adsum, loquimini mecum Antipho.

Amatis de-
speratio.

Contemplamini me. A. quamobrem? aut quidnam facturus?

Eturus?

Repetitio
fastidiētis.

urus? ceddò.

P. Quoquo hinc asportabitur terrarū, certum est persequi.

Aut perire. G. Dī bene vortant quod agas: pedetentim tamen.

A. Vide si quid opus potes afferre huic. C. si quid, quid? A. quære obsecro,

Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat Geta.

G. Quæro, saluos est, ut opinor: verum enim metuo malum.

A. Noli metuere: vna tecū bona malaq; tolerabimus?

G. Quantum opus est? tibi argenti? loquere. P. solæ triginta minæ.

G. Triginta? hui, per cara est Phædria. P. isthæc verò vilis est.

G. Agè, agè, inuentas reddam. P. ô lepidum caput.

G. Aufer te hinc. P. iam opus est. G. iam ferēs:

Sed opus est mihi Phormionē ad hâc rē adiutorē dari.

A. Præstò est: audacissimè oneris quiduis impone, & feret.

Solus est homo amico amicus. G. eamus ergo ad eum ocysus. P. abi, dic præstò ut sit domi.

A. Nunquid est, quod opera mea vobis opus sit? G. nihil: verum abi domum,

Et illam miseram, quam ego nunc intus scio esse examinamam metu,

Consolare: cessas? A. nihil est æque quod faciam lubens.

P. Qua via isthuc facies? G. dicam in itinere: modò te hinc amoue.

Dictum veterum amicorum.

Phormio opitulatur.

Paræmia.

Discedere cupit.

ACTVS QVARTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Demipho & Chremes colloquuntur, ambo natu grandes: narrat hic illi, cur in Lemno diutius hæserit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

Senarij.

DEMIPHO CHRAMES.

Quid? qua profectus causa hinc es Lemnum Chremes?

Simplex narratio.

Adduxti ne tecum filiam? C. non. D. quid ita non?

C. Postquam videt me eius mater hinc esse diutius,

Simul autem non manebat ætas virginis

Meam negligentiam: ipsam cum omni familia

Ad me profectam esse aiebant. D. quid illic tam diu

Quæso igitur commorabare, ubi id audiueras?

C. Pol me detinuit morbus. D. vnde? aut qui? C. rogas?

Senectus ipsa est morbus. sed venisse eas

Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.

D. Quid gnato obtigerit me absente, audisti ne Chremes?

C. Quod quidem me factum, consilij incertum facit:

Nam hanc conditionem si cui tulerò extrario,

Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est.

Te mihi fidelem esse æquè, atque egomet sum mihi,

Sciebam: ille si me alienus affinem volet,

Tacebit dum intercedat familiaritas:

Sin spreuerit me, plus quàm opus es scito, sciet,

Vereorq; ne vxor aliqua hoc resciscat mea,

Quod si fit, vti me excutiam, atq; egrediar domo,

Id resta: nam ego meorum solus sum meus.

D. Scio ita esse, & isthæc mihi res sollicitudini est:

Neq; defuiscar* vnquam ego experirier,

Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero!

Quærit causam morea

Factum scilicet nuptiarum.

Sit, filia scilicet.

Honestæ & familiaris locutio.

* Priscia, legit vsque adeo experier.

PHORMIONIS
ACTVS QVARTI SCENA II.
ARGVMENTVM.

Exultantis
verba.

Venustè &
comice ho-
minem re-
perit.

Vtrique cu-
pit gratari.

Iucunde ho-
minem ter-
tio repetit.

Seruilis sen-
tentiâ.

Hinc, id est
ab hoc De-
miphone
felicit.

Tota hæc scena est Getæ exultantis, duos sibi senes offer-
ri quos fallere possit. Senarij.

GETA.

EGo hominem callidiorẽm vi di neminem,
Quam Phormionem. venio ad hominem, vt dice-

rem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:

Vix dum dimidium dixeram, intellexerat,

Gudebat: me laudabat: quærebat senem.

Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,

Vbi Phædræ se ostenderet nihilominus

amicum esse, quàm Antiphoni. hominem ad forum

Iussi operiri: eò me esse adducturum senem.

Sed eccum ipsum: quis est vlterior? at, at Phædræ

Pater venit: sed quid pertimui autem bellua?

An quia, quos fallam, pro vno, duosunt mihi dati?

Commodius esse opinor duplici spe vti.

Petam hinc, vnde à primo institui: is si dat, sat est:

Si ab hoc nihil fiat, cum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI SCENA III.
ARGVMENTVM.

Geta cudit argentum Phædræ Senarij.

ANTIPHO. GETA CHREMES.

DEMIPHO.

Hæc secum
loquitur,

metuens
diuortium.

Via ad epi-
tasim facit.

Expecto quàm mox recipiat huc sese Geta.

Sed patrum cum patre video astãrem bei mihi,

Quam timeo, aduentus huius quò impellat patrem?

G. Adibo hosce: ò noster Chremes. C. salve Geta.

G. Venire saluum volupe est. C. credo. G. quid agitur?

C. M.

C. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.

G. Ita de Antiphone audisti ne quæ facta? C. omnia.

G. Tu ne dixeras huic facinus indignum, Chreme,

Sic circumiri? D. cum hoc id agebam commodum.

G. Nam berce ego quoq; id quidem mecum agitans se
dulò,

Inueni, opinor remedium huic rei. D. quid Geta?

Quod remedium? G. vt abit abs te, fit fortè obuiam

Mibi Phormio. Ch. qui Phormio? G. is, qui istam.

Chr. scio.

G. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.

Prebendo hominem solum: cur non, inquam, Phor-
mio

Vides, inter vos sit hęc potiùs cum bona

Vt componantur gratia, quàm cum mala?

Herus liberalis est, & fugitans litium:

Nam ceteri quidem berce amici omnes modò

Vno ore auctores fuere, vt præcipitem hanc daret.

A. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? G. an le-
gibus

Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?

Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,

Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.

Verùm pone esse victum eum: at tandem tamen

Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ,

Postquam hominem his verbis sentio mollitier,

Soli sumus nunc, inquam, eho dic, quid velis dari

Tibi in manu, vt herus his desistat litibus

Hæc hic facebat, tu molestus ne sies.

A. Satis illi dij sunt propitij? G. nam sat scio,

simul etiã
cudit argen-
tum Phę-
driæ.

Vide calli-
dum assen-
tatores.

Narratio fa-
cta ad fallē
dua senem,

Getæ per-
suasio a spe
commodi

Métaphorę
eos.

PHORMIONIS

Decora lo-
cutio,

Occidi, ex-
clamatio
cōsternati.
Talentum
magnum
lxxx. librę.

Respōsum
& petitio
Phormio-
nis.

Fabuler, re-
ctè quia re
vera fabula
batur.

Prouerbiū.
Astute non
simul. xxx.
minas pro
tulit, ne par
cum senem
terreret.

*Si tu aliquam partem equi, boniq; dixeris,
Ut ille est bonus vir, tria non commutabis
Verba hodie inter vos. D. quis te isthac iussit loqui?
C. Imò non potuit melius perueniri er*

*Eò, quò volumus. A. occidi. C. perge eloqui.
G. A. primò homo insanibat. C. cedò quid postu-
lat?*

*G. Quid? nimium: quantum libuit. C. dic. G. si quis da-
ret
Talentum magnum. C. imò malum hercle, vt nihil pu-
det.*

*Quod dixi ad eò ei: queso, quid si filiam
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias?
Hæc denique eius fuit postrema oratio*

*Ego, inquit, iam à principio amici filiam.
Ita vt æquum fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, vt apertè nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem,
Quæ debeo: & etiam nunc si volt Demipho
Dare quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mi-
hi,*

*Nullam mihi malim, quam isthanc, vxorem dari.
A. Vtrum stultitia facere ego hunc an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum.
D. Quid si animam debet? G. ager oppositus est pig-
nori*

Ob decem minas, inquit. D. age, iam ducat, dabo.

G. Aediculae item sunt ob decem alias. D. hoi, hui,
Nimium id est. C. ne clama. petito haec à me decem.

G. Vxori emunda ancillula est, tum autem pluscula
Supellectile opus est, sumptu ad nuptias:

His rebus pone sane, inquit, decem minas.

D. Sexcentas proinde potius scribito iam mihi di-
cas:

Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat?

D. Quæso, ego dabo, quiesce, tu modo filius

Fac ut illam ducat, nos quam volumus. A. hei mi-
hi

Geta, occidisti me tuis fallacijs.

C. Mea causa eicitur: me hoc equum est amittere.

G. Quantum potes me certiozem, inquit, face:

Si illam dat ut omittam, ne incertus siem:

Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.

C. Iam accipiet: illis repudium renuntiet:

Hanc ducat. D. quæ quidem illis res portat malè.

C. Opportunè adeò nunc argentum mecum attuli,

Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia:

Id sumam: vxori, tibi opus esse, dixero.

Chremes vi-
ginti minas
dat. Demi-
pho decē.

Chremes
sententiam
fert, argen-
tum dat.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ARGVMENTVM.

Obiurgat Antipho Getam, cuius operâ se in periculum
venisse putat, ne extrudatur coniux: Idem ab eodem pla-
catur.

Senarij.

ANTIPHON. GETA:

Υ 2

Geta

PHORMIONIS

Epitasis. Nā
in periculū
venit Anti-
phone ex-
tradatur cō
iunxi.

G Eta. G. hem. A. quid egisti? G. emunxi argen-
to senes.

A. Satin' id est? G. nescio hercle: tantum iussus
sum.

A. Ehò verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?

G. Quid ergo narras? A. quid ergo narrem? opera
tua

Ad restim,
qua scilicet
me suspen-
dam.

Ad restim mihi quidem res rediit planissime:

Vt te quidem omnes dū, Deęque, superi, inferi

Malis exemplis perdant: hem, si quid velis,

Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis,

Qui te ad scopulum è tranquillo inferat.

Quid minus vtile fuit: quàm hoc vlcus tangere,

Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,

Posse illam extrudi cedò, nunc porro Phormio

Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum:

Quid fiet? G. non enim ducet. A. noui: ceterum

Cum argentum repetent, nostra causa scilicet

In neruum potius ibit. G. NIHIL EST Antipho,

Quin malè narrando possit deprauarier.

Tu id, quod boni est, excerpis: dicis quod mali est.

Audi nunc contrà iam, si argentum acceperit,

Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:

Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,

Vocandi, sacrificandi dabitur paululum:

Interea amici, quod polliciti sunt, argentum da-

bunt,

Id istis reddet. A. quamobrem? aut quid dicet? G. ro-

gas?

Quot res? post illa monstra euenerunt mihi:

Ironice.
Prouerbiū.
Ducēda, ne
cessitatem
indicat.

Prouerbiū à
sagitarijs
tractum.

Concessio
cum excep-
tione.

Prodigiana
nuptias remo-
rantia.

*Introijt in aedes ater alienus canis,
 Anguis per impluuium decidit de tegulis,
 Gallina cecinit: interdixit ariolus:
 Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui
 Negotij incipere: quæ causa est iustissima.
 Hæc sient. A. vt modò fiant. G. sient: me vide.
 Pater exit: abi dic esse argentum Phædriæ.*

*Ante brumam, id est, ante quam dies decre-
 scant.*

ACTVS QVARTI SCENA V.
 ARGVMENTVM.

*Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argēto. Chre-
 mes Demiphonem instigat, vt argentum soluere festinet.
 Iambici Quadrati Acatalectici.*

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

Quietus esto, inquam: ego curabo, ne quid verbo-
 rum duint.

Hæc Demipho ad fratrem Chre-

*Hoc temere nunquam omittam ego à me, quin mihi
 testis adhibeam,*

*metem. Geta hæc se-
 cum irriso-
 riè.*

*Cùm dem: & quamobrem dem, commemorabo. G. vt
 cautus est, vbi nihil opus est.*

*Approbat
 consilium.*

*C. Atque ita opus factum est: at matura: dū libido ea-
 dem hæc manet:*

*Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reij-
 ciat.*

*G. Rem ipsam putasti. D. duc me ad eum ergo. G. non
 moror. C. vbi hoc egeris,*

*Transito ad uxorem, vt conueniat hanc prius, quam
 hinc abeat:*

*Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succen-
 seat:*

*Is, Phor-
 mio scili-
 cet.*

PHORMIONIS

Malum indignantis. Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior:
Nos nostro officio nihil egressos esse, quantum is vo-
luerit,

Datum esse dotis. D. quid tua (malum) id referi? mag-
ni Demipho.

D. Non sat tuum officium fecisse, si non id fama appro-
bat?

Adagium. C. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se eiecta
prædicet.

D. Idem ego isthuc facere possem. C. mulier mulieri
magis congruet.

D. Rogabo. C. ubi nunc illas ego reperire possim, co-
gito.

ACTVS QVINTI SCENA I.

ARGVMENTVM.

Hęc scena continet mutuam agnitionem Sophronæ nu-
triciis & Chremetis. Chremes ex eadem nutrice discit filiam
suam Phanium nuptam esse Antiphoni, quæ res ingentem ei
lætitiã affert: cauet item, ne vxor hoc resciscat.

Octonarij, in quibusdam penultima longa, & interdum Iã-
bici Trochaicis misti. Dimeter vnus Catalecticis.

SOPHRONA. CHREMES.

*Occasio ca-
strophes.* **Q**uid agam? quem mihi amicum inueniam mise-
rat aut cui consilia

Hera, id est, *Phanium,* Hęc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?

Phanium, Nam vereor, hera ne ob meum suasum indignè iniu-
ria afficiatur:

Ita patrem adolescentis: facta hæc tolerare audio vio-
lenter.

C. Nam

C. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?

S. Quod ut facerem, egestas me impulit: cum scirem Nam quæ figuratè, pro quænam,

infirmas nuptias Hasce esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret.

C. Certè, edepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt,

Meæ nutricem gnata video. S. neque illi investigatur. C. quid agam? Deliberatio,

S. Qui est eius pater. C. adeo ne, an maneo, dum ea quæ loquitur, magis cognosco?

S. Quòd si eum nunc reperire possim, nihil est, quod verear. C. ea est ipsa.

Colloquar. S. quis hic loquitur? C. Sophrona. S. & Iam planè nouit.

C. Respice ad me. S. dij obsecro vos: est'ne hic Stilpho? Inuocatio gaudentis,

C. non. S. negas?

C. Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona. Timet proditionem,

Ne me isthoc posthac nomine apellassis. S. quid? non is obsecro es,

Quem semper te esse dictitasti? C. est. S. quid has me aperit fictionem.

C. Conclusam hic habeo uxorem sequam: verum isthoc de nomine, Isthoc nomine, scilicet, Stilpho nis.

Eò perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris

Effutiretis: atque id porrò aliqua uxor mea rescisceret.

PHORMIONIS

S. Hem, isthoc pol nos te h̄c inuenire miseræ nunquã potuimus.

Solicite de suis inquit.

C. Eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac unde exis?

Aut ubi illæ sum? S. miseram me. G. hem quid est? uiuunt ne? uiuit gnata,

Mors uxoris.

Matrem ipsam ex agritudine miseram mors consecrata est.

Modeste pronuncian da.

C. Malè factum. S. ego autem quæ essem anus deserta agens, ignota,

Vt potui, virginem nuptum locavi huic adolescenti,

Aliàs Antiphonis ne inquam.

Harum qui est dominus ædium. C. Antiphoni ne? S. hem, isti ipsi.*

Hau fastidientis.

C. Quid? duas ne is uxores habet? S. haud obsecro, vnã quidem ille hanc solam.

Exclamatio gaudentis.

C. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? S. hæc ergo est. C. quid ais?

S. Compositò est factum, quo modo hanc amans habere posset

Hæc Sophrona scilicet.

Sine dote. C. Dii vostra fidẽ. quã sæpe fortè temere Eueniunt, quæ non audeas optare: offendi adueniens,

Pater Demipho scilicet.

Qui cum volebam, atque vt volebam, conlocatam filiam:

Abiurat, vt celet.

Quod nos amabo opere maximo dabamus, vt fieret, operam

Sine nostra cura maxima, sua cura hæc sola fecit.

S. Nunc quid factò est opus, vide: pater adolescentis venit:

Eumque animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt. C. nihil periculi est.

Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue resciscat quisquam.

S. Nemo ex me scibit. C. sequere me: cetera intus audies.

ACTVS QVINTI SCENA II. ARGVMENTVM.

Demipho seipsum excusat, quòd dum auaritiæ maculam studet effagere, in stultitiæ reprehensionem inciderit. Dolet Phormioni datum esse argentum.

Iambici Tetrametri Catalectici.

DEMIPHO. GETA.

NOstrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos,

Ita fugias, ne præter causam, quod aiunt, non ne id fat erat.

Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum ei.

Vt sit, qui viuat, dum aliquid aliud flagitiū conficiat,

G. Planissimè. D. his nunc premiū est, qui recta praua faciunt.

G. Verissimè. D. vt stultissimè quidem illi rem gesserimus.

G. Modò vt hoc consilio possit discedi, vt istam ducat.

D. Etiam ne id dubium est? G. haud scio herclè, vt homo est, an mutet animum.

D. Hem, mutet autem? G. nescio: verum, si fortè, dico. Timorem

D. Ita faciam, vt frater censuit, vt vxorem huc eius adducam, inijcit,

Cum ista vt loquatur, Geta abi, prænuntia hanc ven-

PHORMIONIS

Ista, Phanio
Geta inful-
tās commo-
da enume-
rat. Vorſu
ſoluere, em
creditorum
mutare.

turam.

*G. Argumentum inuentum eſt Phedria: de iurgio
ſiletur:*

*Prouiſum eſt, ne in preſentia hac hinc abeat: quid
nunc porro?*

*Quid fiet? in eodem luto haſitas: vorſuram ſolues
Geta: praſens quod fuerat malum, in diem abiit: pla-
ga crefcunt,*

*Niſi proſpicias, nunc hinc domum ibo, ac Phanium edo-
cebo,*

Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ACTVS QVINTI SCENA III. ARGVMENTVM.

Apud Demiphonem quaeritur Nauſiſtrata, ſuum viri Chre-
metis negligentia ſuum mini patrimonium.
Oſtonarij ex quibus alij Catalectici, alij Acatalectici.

DEMIPHON. NAUSISTRATA matrona.
CHREMES.

Hortatur
ad Phanium
placatum red-
dat.
Conqueri-
tur de viri
negligentia.

A *Gedum, vt ſoles, Nauſiſtrata, fac vt illa place-
tur nobis:*

*Vt ſua voluntate, id quod eſt faciundum facit. N. fa-
ciam.*

*D. Pariter nunc opera mea adiues, ac dudum re opi-
tulata es.*

*N. Factum volo: ac pol minus queo viri culpa, quam
me dignum eſt.*

*D. Quid autem? N. qua pol mei patris bene parta in-
diligenter*

*Tutatur: nam ex his praedijs talenta argenti bina
Satim*

Satim capiebat: hem vir viro quid præstat? D. bina
quæso?

N. Ac rebus vilioribus multò, tamen duo talenta. D.
hui.

N. Quid hæc videntur? D. scilicet. N. virum me natam
vellem:

Ego ostenderem. D. certo scio? N. quo pacto? D. parce
sodes,

Vt possis cum illa: ne te adolescens mulier defati-
get.

N. Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire vi-
deo. C. hem Demipho,

Iam illi datum est argentum? D. curani illico. C. nol-
lem datum.

Hei video uxorem: penè plus, quàm sat erat. D. cur
nolles Chremes?

C. Iam rectè. D. quid tu? ecquid locutus cum ista est,
quam ob rem hanc ducimus?

C. Transegi. D. quid ait tandem? C. adduci non potest.
D. * quid non potest?

C. Quia vterque vtrique est cordi. D. quid isthuc no-
stra? C. magni, præter hæc,

Cognatam comperi esse nobis. D. quid? deliras? C. sic
erit:

Non temere dico, redi mecum in memoriam. D. satin
sanus es?

N. Hau, obsecro vide, ne in cognatam pecces. D. non
est. C. ne nega.

Patris nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non
norat patrem?

C. Norat.

Parce du-
bium aduer-
bium ne sit,
an impera-
tium.

Alter a epi-
tasis pars de
pecunia te-
mere effu-
sa.

Vir timidus
vxore præ-
sente nõ au-
det loqui.

*aliàs, quid
Valla, vter-
que alteri.

PHORMIONIS

Dixit Phor-
mio, scilicet.

C. *Norat. D. cur aliud dixit? C. nunquam ne hodie con-
cedes mihi.*

*Neque intelliges? D. si tu nihil narres. C. pergis. N.
miror quid hoc fiet.*

Scabrosus
fermo ob
vxoꝝis præ
sentiam.

D. *Equidem hercle nescio. C. vin scire? at ita me ser-
uet Iupiter,*

*Vt proprio illi, quam ego sum, ac tu, * nemo est. D. Dij
vostram fidem:*

* Aliàs, ho-
mo nemo,

*Eamus ad ipsam vnà omnes, nos aut scire aut nescire
hoc volo. C. ah.*

Aliàs parū.

D. *Quid est? C. itane * paruam mihi fidem esse apud
te. D. vin me credere?*

*Vin satis quesitum mihi isthuc esse? agè fiat, quid? il-
la filia*

*Amici nostri, quid futurum est? C. rectè. D. hanc igi-
tur mittimus.*

C. *Quid ni? D. illa maneat? C. sic. D. ire igitur tibi li-
cet Nausistrata.*

N. *sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam vt
cœperas,*

Hanc, Pha-
niū scilicet.

*Manere hanc, nam perliberalis visa est, cūm vidi mi-
hi.*

D. *Quid isthuc negotij est? C. iam ne operuit ostium.
D. iam. C. ô Iupiter,*

*Dij nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo fi-
lio. D. hem,*

*Quo pacto id potuit? C. non satis tutus est ad narra-
dum hic locus.*

D. *At tu intrò abi. C. heus, ne filij nostri quidem hoc
resciscant, volo.*

ACTVS

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

ARGVMENTVM.

Antipho redemptam Phædriæ amicam gratulatur: seque inuolutum his malis quæritur, vnde experiri nequeat.

Iambici Quadrati Catalectici.

ANTIPHO.

Lætus sum, vtut meę res sese habent, fratri ob-
tigisse quod volt.

Fratri, Phæ-
driæ, scilicet,
et,

Quam scitum est, eiusmodi parare in animo cupidita-
tes:

Quas, cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.

Hic simul argentum reperit, cura sese expedit:

Ego nullo possum remedio me exolvere ex his turbis;

Quin, si hoc celetur, in metu: si patefit, in probro siẽ.

Neq; me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes *
ostensa.

* Alias of-
tentata,

Huiusce habendę: sed vbinam Getam inuenire possẽ,

Vt rogem, quod tempus conueniendi patris me capere
iubeat?

ACTVS QVINTI SCENA V:

ARGVMENTVM.

Adnumeratam esse lenoni pecuniam narrat Phormio, & qua-
si re bene gesta, nunc curaturum cuticulam dicit.

Iambici Octonarij Acatalectici.

PHORMIO. ANTIPHO.

Argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulie-
rem,

Curavi, propria ea Phædria vt potiretur: nam emissã
est manu.

Nunc vna res mihi etiã restat, quæ est cõficiũda otiũ

Collocatur
pecunia ex
torta seni-
bus quę re-
petita pos-
tea miras
tragœdias
excitabit.

A seni-

PHORMIONIS

A. senibus ad optandum vt habeam: nam aliquot hos sumam dies.

A. Sed Phormio est: quid ais? P. quid? A. quidnam nunc facturum Phædria?

Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?

P. Vicissim parteis tuas acturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem:

Te suam rogavit rursus vt ageres causam, vt pro se diceres:

Nã potaturus est apud me: ego me ire senibus Sunitiã Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta:

Ne, cum hîc non videant me, conficere credant argentum suum,

*Sed ostium concrepuit abs te. A. vide quis egredia-
tur. P. Geta est.*

ACTVS QVINTI SCENA VI. ARGVMENTVM.

Geta Antiphoni nuntiat Phanium inuentam esse Chremetis filiam.
Trochaici Tetrametri Catalectici.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

Fortuna, in
stabilis dea
fors fortu-
na bonus
eventus.

O Fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditati-
bus,
*Quàm subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc
onerastis diem!*

*A. Quidnam hic sibi volt? G. nosque amicos eius exo-
nerastis metu!*

*Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc one-
ropallio;*

Atqu

Atque hominem propero inuenire, vt hec, quæ conu-
gerint, sciat?

A. Num tu intelligis, quid hic narret? P. num tu? A.
nihil. P. tantundem ego.

G. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. A.
heus Get a. G. hem tibi,

Num mirum, aut nouum est reuocari, cursum, cum
institueris? A. Get a.

G. Pergit hercle: nunquam tu tuo odio vinces me. A.
non manes?

Geta herū
nondū ag-
noscit,

G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, nisi resistis,
verbero.

Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur ma-
lum: sed is ne est

Quem quero, an non est ipse est. P. congrederere actus-
tum. A. quid est.

G. Omnium, quantum est qui viuant, hominum ho-
mo honoratissime:

Nam sine controuersia à Dijs solus diligere Antipho.

Geta maxi-
mus asséta-
tor.

A. Ita velim: sed qui isthuc credam ita esse, mihi dici
velim.

G. Satin est, si te delibutum gaudio reddo? A. enicas,

P. Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers, ce-
do. G. ob,

Tu quoque hinc aderas Phormio? P. aderam sed ces-
sas? G. accipe: hem,

Vt modo argentum tibi dedimus apud forum, recta
domum

Narratio
plane comi-
ta exponēs
catastro-
phicā.

Sumus profecti: interea mittit herus me ad uxorem
tuam.

PHORMIONIS

*A. Quamobrem? G. omitto proloqui: nam nihil ad
hanc rem est Anipho.*

*Vbi in gynecœum ire occipio, puer ad me accurrit Mi-
da:*

*Ponè apprehendit pallio: resupinat: respicio: rogo,
Quamobrem retineat me: ait esse vetitum intrò adhe-
ram accedere:*

*Sophrona modò fratrem huc, inquit, senis introdu-
xit Chremem,*

Auscultatio-
nem ipsam
mire expri-
mit.

*Eumq; nunc esse intus cum illis. hoc vbi ego audiui,
ad fores.*

*Suspensò gradu placidè ire perrexi: accessi: astiti
Animam compressi: aurem admoui: ita animum cœpi
attendere,*

*Hoc modo sermonem captans. A. euge Geta. G. hic
pulcherrimum*

Catastro-
phe pericu-
lorum An-
tiphonis.

Facinus audiui: itaq; hercle exclamavi gaudio.

*P. Quod? G. quodnam arbitrare? A. nescio. G. at qui
mirificissimum.*

*Pater tuus pater inuentus est Phanio uxori iug. A.
hem,*

Consuevit,
honestè di-
xit.

*Quid ais? G. cum eius consuevit olim matre in Lem-
no clanculum.*

Studet com-
pendio.

*P. Somnium: vtin hæc ignoraret suum patrem? G.
aliquid credito*

*Phormio esse causæ: sed me censeri potuisse omnia,
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi ege-
rint?*

*P. Atq; hercle ego quoque illam audiui fabulam. G.
imò etiam dabo,*

Quò magis credas: patruus interea inde hùc egredi-
tur foras:

Dabo, idest
dicam.

Haud multò pòst cum patre idem recipit se intrò de
nuò:

Ait vterque tibi potestatem eius habendę se dare:

Fecero, pro
faciam, eleganter,

Denique ego sum missus, te vt requirerem, atque ad-
ducerem.

A. Hem, quin ergo? rape me: quid cessas? G. fecero.

A. ò mi Phormio.

Vale. P. vale Antipho: bene ita me dij ament, factum
gaudeo.

ACTVS QVINTI SCENA VII.

Senarij.

PHORMIO

T Antam fortunam de improviso esse his da-
tam?

Phormio
hac secum,

Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,

Et Phędrię curam adimere argentariam,

Ne cuiquam suorum equalium supplex fiet.

Nam idem hoc argentum ita vt ingratis est datum,

His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa reperi.

Nunc gestus mihi, vultusque est capiendus novus.

Sed hinc * concedam in angiportum hoc proximum.

Inde hisce ostendam, me vbi erunt egressi foras:

Quò me assimilarem ire ad mercatum, non eo.

* Pricianus
legit con-
cedã in an-
giportum
hunc proxi-
mum.

ACTVS QVINTI SCENA VIII.

ARGVMENTVM.

Z

Cogni-

PHORMIONIS

Cognita Phanio, senes à Phormione pecuniam repetunt: Phormio negat se redditurum. Hinc contentio inter eos oritur.

Trimetri.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

Gratiarum actio de secundo rerū euentu.

Aposiopesis.

Iactantia de fide.

Parasiti altus.

Vasfrè retorquet rationes.

Dis magnas merito gratias habeo, atque ago: Quando euenere hæc nobis frater prospere.

Quantum potest, nunc inueniendus Phormio est.

Priusquam delapidet nostras triginta minas,

Vt auferamus. P. Demiphonem, si domi est,

Visam, vt quod. D. at nos ad te ibamus Phormio.

P. De eadem hac fortasse causa? D. ita hercle. P. credidi,

Quid ad me ibatis? ridiculum: an veremini,

Ne non id facerem, quod recepissem semel?

Heus, heus, quanta hæc mea paupertas est, tamen

Adhuc curavi vnum hoc idem, vt mihi esset fides.

C. Est' ne ea ita, vt dixi, liberalis? D. oppidò.

P. Ita ad vos venio nunciatum Demipho,

Paratum me esse: vbi vultis, vxorem date.

Nam omnes posthabui mihi res, ita vt ti par fuit,

Postquam tantopere id vos velle animum aduerte-ram.

C. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:

Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris?

Olim cum honestè potuit, tum non est data:

Nunc viduam extrudi turpe est: ferme eadem omnia,

Quæ tute dudum coràm me incusaueras.

P. Satin' superbè illuditis me? D. quid? P. rogas?

Quia ne alteram quidem illam potero ducere:

Nam quo ore redibo ad eam, quam contempserim?

C. Tum autem Antiphonem video ab sese amittere

Inuitum eam, inque. D. tum autem video filium

Inuitum sane mulierem ab se amittere.

Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi

Argentum iube rursus rescribi Phormio.

P. Quod? ne ego perscripsi porrò illis, quibus debui.

D. Quid igitur fiet? P. si vis mihi uxorem dare,

Quam despondi ducam: sin est ut velis

Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.

Nam non est æquum me propter vos decipi:

Cum ego vestri honoris causa repudium alteri

Remiserim, quæ tantundem dotis dabat

D. I, hinc in malam rem cum isthac magnificentia

Fugitiue: etiam nunc credis te ignorari,

Aut tua facta adeò? P. irritor. D. tu ne hæc duceres,

Si tibi data esset? P. fac periculum. D. ut filius

Cum illa habitet apud te: hoc vestrum cõsiliu fuit.

P. Queiso quid narras? D. quin tu mihi argentum ce-

dò.

P. Imò verò, tu uxorem cedò. D. in ius ambula.

P. In ius? enimvero si porrò esse odiosi pergitis.

D. Quid facies? P. Ego ne: vos me indotatis modò

Patrocinari fortasse arbitramin:

Etiam dotatis soleo. C. quid id nostrat? P. nihil.

Hic quandam noram, cuius vir uxorem. C. hem. D.

quid est?

P. Lemni habuit aliam. C. nullus sum. P. ex qua filiã

Suscepit: & eam clam educat. C. sepultus sum.

Hæc Demipho
clau
culũ sugge-
rit Chre-
mes.

Rescribi, id
est, remune-
rari.

Ab æquo &
honesto.

Aposiope-
sis minatis
multum.

Aposiope-
sis minatis
multum.

Apertius lo-
quẽs inter-
cipit.

Epitasis al-
tis infabula

Chremes

terretur

PHORMIONIS

Inuectiua in senes. In cōstātes. Miratur vn de sciuerit. Prouerbiū. P. *Hęc adeò illi iam denarrabo. C. obsecro, Ne facias. P. ob, tun' is eras? D. vt ludos facit. C. Missum te facimus. P. fabula. C. quid vis tibi? Argentum quod habes condonamus te. P. audio: Quid vos (malum) ergo me sic ludificamini Inepti vëstra puerili sententia? Nolo, volo: volo, nolo rursus: cedò, cape: Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritum est.*

Stomacho se ad lites concitat. A necessa- rio. Abhonesto. Ab utili. C. *Quo pacto, aut vnde hęc hic rescivit? D. nescio, Nisi me dixisse nemini, id ceriò scio. C. Monstri ita me dij ament, simile. P. inieci scrupu- lum. D. hem*

Hæro, me- taphora ab auibus in- uiscatis. Hiccine, vt à nobis hoc tantum argenti auferat, Tam apertè irridens? emori hercle satius est, Animo virili presentique vt sis, para. Vides tuum peccatum esse elatum foras, Neque id celare posse te vxorem tuam: Nunc quod ipsa ex alijs auditura sit Chreme, Id nosmet indicare placabilius est.

Aggredimi ni, perstat in metapho- ra. Tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci. P. at at, nisi mihi prospicio, hæreo: Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. C. At vereor, vt placari possit. D. bono animo es: Ego redigam vos in gratiam hoc fretus, Chreme, Cùm è medio excessit, vnde hęc suscepta est tibi. P. Itane agitis mecum? satis astute aggredimini: Non hercle ex re istius me instigasti Demipho? Ain' tu, vbi peregre tibi quid libitum fuit feceris, Neque huius sis peritus fœminę primarię,

Quin tu nouo modo ei faceres contumelias:

Lautum, id est, purgatum.

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?

Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,

Vt ne restinguas lachrumis, si exillaueris.

Metaphora

D. Malum, quod isti Dii, Deeq; omnes duint:

Tantane affectum quenquam hominem esse audacia?

Interrogationes miræ indignationis.

Non ne hoc publicitus scelus hinc deportarier

In solas terras? C. In id redactus sum loci,

Vt quid agam cum illo, nesciam prorsus. D. ego scio,

In ius eamus. P. in ius? huc si quid lubet.

D. Assequere, ac retine, dum huc ego seruos euoco.

C. Etenim nequeo solus: accurre huc. P. vna iniuria est

Vide turbas iniuria, id est, actio in iniuriarum.

Tecum. C. lege agito ergo. P. altera est tecum Chre-

D. Rape hunc. P. itane agitis? enimvero voce est opus:

Nausistrata, exi. C. os opprime. D. impurum vide,

Quantum valet. P. Nausistrata inquam. C. non taces?

P. Taceam. C. nisi sequitur, pugnos in ventre ingere.

P. Vel oculum exculpe: est, vbi vos vlciscar, locus.*

* Aliàs exclude.

ACTVS QVINTI SCENA IX.

ARGVMENTVM.

Phormio Chremetem prodit vxori de altera coniuge. Chremes grauitè obiurgatur Phormio exultat tam probè se vltum esse senes: Demipho pro fratre intercedit, & orat vt huic vxor factum condonet. Ea neq; se ignoscere dicit: neq; promittere quicquam, sed filij iudicio permittere omnia.

Senarij & Octonarij.

PHORMIONIS
 NAVSISTRATA. CHREMES:
 PHORMIO. DEMIPHO.

* Qui no-
 mi.

Audiēs cla-
 mōsi Phor-
 mionis vo-
 cem hęc
 dicit.

Phyfic d.
 Vir Geli-
 dusqueoit
 formidine
 sanguis.

Vide timo-
 rem Chre-
 metis.

Ironicos
 stomacho-
 se. Blande.

Interrūpit
 vterq. nar-
 rationem
 Phormio-
 nis.

* **Q**uis nominat me? C. hem. N. quid isthuc turbe
 est obsecro

Mi vir? P. hem, quid nunc obtriciuisti? N. quis hic ho-
 mo est

Non mihi respondes? Ph. hiccine vt tibi respondeat,

Qui hercle vbi sit, nescit? C. caue isti quicquam cre-
 das.

P. Abi: tange: si non totus friget, me eneca.

C. Nihil est. N. quid ergo est? quid isthic narrat? P.
 iam scies.

Ausculata. C. Pergin' credere? N. quid ego obsecro

Huic credam, qui nihil dixit? Ph. delirat miser

Timore. N. non pol temere est, quod tu tam times.

C. Egō ne timeo? Ph. rectē sanē, quando nihil times.

Et hoc nihil est, quod ego dico? tu narra. D. scelus,

Tibi narrei? P. ehō tu, factum est abs te sedulō

Pro fratre. N. mi vir, non mihi narras. C. at. N. quid
 at?

C. Nō opus est dicto. P. tibi quidem: at scio huic opus
 est.

In Lemno. C. hem quid ais? D. non taces? P. clam te.

C. hei mihi.

P. Vxorem duxit. N. mi homo dij melius duint.

P. Sic factum est. N. perij misera. P. & inde fi-
 liam

Suscepit iam vnam, dum tu dormis. C. quid agimus?

N. Prō dij immortales facinus indignum, & ma-
 lum.

P. Hoc

P. Hoc actum est. N. an quicquam hodie est factum indignius?

Exclamatio cum stomacho.

Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.

Demipho te appello: nam me cum hoc ipso distædet loqui.

Amplificatio digna muliere.

Hæcine erant itiones crebrae, & mansiones diutinae Lemni? hæcine erat, quæ nostros fructus minuebat utilitas?

Appello, scilicet ut testem.

D. Ego Nausistrata, esse in hac re culpam meritum nõ nego:

Sed eam, quæ sit ignoscenda. P. verba fiunt mortuo.

D. Nam neque negligentia tua, neque id odio feci tuo.

Causæ derivatio.

Vinolentus fere ab hinc annos quindecim, mulierculam

Eam compressit, unde hæc nata est: neque post illam unquam attigit.

Oratoriæ deprecatio

Ea mortem obiit: è medio abiit: qui sit in re hac scrupulus?

Quamobrem te oro, ut alia tua facta sunt, & quo animo hoc feras.

N. Quid ego & quo animo? cupio misera in hac re iam defungier.

Sed quid sperem? etate porrò minus peccaturum putem?

Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit, An mea forma, atque etas nunc magis expetenda est?

A coniecturis.

Demipho? Quid mihi * nunc adfers, quamobrem expectem, aut sperem porrò non fore?

Aliàs, quid mihi hic adfers.

PHORMIONIS

Insultat P. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire,
 Chremeti iam tempus est.
 tanquã iam mortuo. Sic dabo? age nunc, age, Phormionem qui volet, lassissio:

Fax otali eum maētatum, atque hic est, infortunio.
 Redeat sanè in gratiam, iam supplicij satis est mihi.
 Habet hęc, ei quod dum vivat, vsque ad aurem obganniat.

N. An meo merito credo? quid ego nunc commemorem, Demipho,
 Sigillatim, qualis in istum fuerim? D. novi æquè omnia

Tecum. N. Meriton' hoc meo videtur factum? D. minime gentium:

Verùm quando iam accusando fieri infectum non potest,

Ignosce, orat, confitetur: purgat: quid vis amplius?

P. Enimvero priusquam hæc dat veniam, mihi prospiciam & Phædriæ.

Heus Nausistrata, priusquam huic respondes temere, audi. N. quid est?

P. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli: Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit.

C. Hem, quid ais? N. adeon' hoc indignum tibi videtur, filius,

Gnato, Phædris scilicet. Excusat si. Iij amore. Homo adolescens, si habet vnam amicam, tu vxores duas?

Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi.

D. Faciet, vt voles. N. imò vt iã scias meã sententiã,

Neque ego ignosco: neque promitto quidquam, neque respondeo.

Prius, quàm gnatum video: eius iudicio permitto omnia:

Quod is iubebit, faciam. P. mulier sapiens es Nausistrata.

N. Satis tibi est. P. imò verò pulchre discedo, & probè,

Et præter spem. N. tu tuum nomen dic quod est. P. mihin? Phormio,

Vestre familie hercle amicus, & tuo sumus Phedriæ.

N. Phormio: at ego æcastor post hac tibi, quod poterò, & quæ voles,

Faciamque & dicam. P. benigne dicis. N. pol meritum est tuum.

P. Vin primùm hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata,

Et quòd tuo viro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnam voca.

P. Pol verò voco. D. eamus intrò hinc. N. fiet, sed vbi Phedria,

Iudex noster? P. iam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.

PHORMIONIS FINIS.




Duriuscula est.

Nausistrata Filium iudicem cõstituit.

Catastrophe.

Pollicetur. opera tuã.



AD AGIORVM QVORVNDAM
fusior interpretatio per Erasmus
Roteroda.

IN VADO.

Metaphora proverbiale, in vado esse, pro eo quod est tuto, citraq; discrimen sumpta à natantibus, aut nauigantibus. Terentius, Omnis res in vado. Plautus in Aulularia, Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur. Vadum autem, est aque fundus, in quo quisquis constiterit, is effugit periculum, ne mergatur.

IN PORTV NAVIGARE.

Affinis est huic allegoria, ὑλιμένειν λιῖν, id est in portu nauigare, quia significamus, nos iam à periculo abesse. Propterea quod qui medijs adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum & æstus arbitrio nauigant. Contra qui iam intra portum sunt, nihil habent negotij cum vndis ac ventis. Vnde vulgatissima metaphora, hominem in cuius præsidio conquiescimus, portum appellamus. Et qui sese ad tranquillam, tantãq; reliquam vitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in Andria, Nunc huius periculo sit, Ego in portu nauigo. Maro paulo diuersus in Aeneidos lib. 7. Nunc mihi parata quies, omnesque in lumine portus.

TOTA

TOTA ERRAS VIA.

Proverbium est in eos, qui vehementer aberrant. Terentius in Eunucho, Tota erras via. Translatum à viatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare à via, ut non sine dispendio quidem, tamen quò tendebant, perveniant: nonnunquam sic aberrant, ut longe divertant, & in diversum tendant. Unde & exorbitare dicuntur, qui à vero aberrant. Aristoteles in Ethicis. Haud tota aberrant via. Idem Naturalium li. 1. scribit, Priscos illos philosophos naturalium causarum scrutatores exorbitasse, ac velut è via depulsos, prorsus aberrasse à vero. Sumptum ex Aristrophanis Pluo, ἤτις ἐδούτ' ὁ παρὰ τῶν ἡματιναμεν?

Via ne tota prorsus exerravimus? Quam etiam hodie dicunt eos in via esse: qui recto consilio quidpiam instituunt: extra viam, qui, qua non oportet ratione, rem aggrediuntur. Sunt fermè proverbiales & illa metaphora doctis vsitatissime, Depellere à via, reducere in viam. Cicero in prima Philippic. Quod si putas, totam ignoras viam gloriæ. Celebre habetur & illud apophtegma, Bene currunt, sed extra viam.

SVO SIBI HVNC IUGVLO
GLADIO, SVO TELO.

Suo gladio, suo ve telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis revincitur, aut qui suo prope invento doctine capitur: deinde in quem quocunque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit.

IN

EX CHILIADID.
IN ME HAEC CVDETVR
FABA.

*Terentius in Eunucho, At enim isthæc in me cude-
detur Faba, hoc est, Donato interprete, in me malum
hoc recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Translati-
vel à faba, quæ cum siliquis exuitur ac batuitur, aut
fustibus intertunditur, ita vt sit in areis more rusti-
corum, non ipsa perinde laborat, sed id demum in quo
cuditur. Alij malunt ad male coctam fabam refer-
re, quæ quando non maduerit, sed dura permanserit,
ab iratis heris supra coqui caput saxo nouum quam
comminui consuevit, tanquam fabam vlciscentibus
non coquum, cum vniuersum interim malum ad co-
quum perueniat.*

TVTE HOC IN TRISTI.

*Non diuersum superiori Donatus admonuit illud
quod apud eundem poëtam legitur in Phormione, Tu
te hoc inuisti: tibi omne est exedendum. Verba sunt
Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat auctor con-
siliij de ducenda puella, æquum esse putat, vt suo peri-
culo rem item expedias. Translatum putant ab allia-
to rusticorum mortario. Quæ quidem sententiavel ho-
die quoque vulgo nostrati in ore est. Et altera huic
simillima. Colo quod adaptasti, ipsi tibi nedum est, id
est, tu incipiundi auctor extitisti, nunc idem explices
oportet.*

VTI FORO.

*Pro eo quod est presentem rerum statum boni con-
sulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna: ita ani-*

mum appliccare. Terentius in Phormione, Scisti uti foro. Donatus vulgare prouerbum admonet esse, dumq; metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præscribunt, quanti vendant, quæ aduehant, sed secundum annonam fori, quam depræbenderint, consilium de non vendendis mercibus sumunt. Seneca, Utamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo.

AMICO AMICVS.

Quod est apud Terentium in Phormione: Solus est homo amico amicus. Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modo gratum faciant amicis.

DAVVS SVM.

Oedipi ingenium scite proponendis, simul & dissolvendis ænigmatum scyrris nobilitatum est, propter dissoluta sphingis problemata, adeo ut in prouerbum abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria, seruus dissimulans intelligere quod herus dixerat, Davus, inquit, sum, non Oedipus. Id quod commutat nomine potest ad quemlibet accommodari. Paulus sum, non Oedipus. Antonius sum, non Oedipus, Ergo torquere poterit in eos qui de industria loquuntur obscurius & ἀνιψυατῶς ut in hos, qui vel ob imperitiam, vel superstitiosum incognitarum vocum affectionem, stylum obscurant, ac vate magis egent, quam
Lectore.



BARCINONE.




APVD HIERONYMVM.
Margarit, Anno M. DC. XXI.



UNED

UNED





100

100

100

100

100

100

100

F.A.
100

UNED